







VII
EGLI R
ROBLEM
EC.
163
INCUNABULI
L
6
69
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
VENET











Raphaelis Regii ducenta problemata in totidem institutionis oratoriæ Quintiliani deprauationes.

Eiusdem quæstio Vtrum ars rhetorica ad Herenium falso Ciceroni inscribatur.

Eiusdem de laudibus eloquentiæ panegyricus.



Raphael Regius clarissimo Corigiæ Principi Nicolao:& Iacobo Troto ducis Ferrariæ ad ducem Mediolani facundo oratori felicitatem.

DVcenta problemata in totidem Fabii Quintiliani institutionis oratoriæ deprauationes mihi nuper inuicto simul & sapiētissimo ducatus mediolani gubernatori Ludouico Sfortiæ Vicecomiti dicata:ut nouo isto imprimendi libros artificio describenda curarem:sæpenumero me:cū istic essem:hortati estis: quod ea diceretis nō mihi solū honori & gloriæ futura:sed etiā artis oratoriæ studiosis iuuenibus multum utilitatis allatura.Ego uero auctoritatē uestrā tanti feci:ut nō problemata modo illa: sed panegyricū quoq; de laudibus eloquentiæ mihi olim in Academia patauina habitum:& non iniucundam cognitu quæstionem. Vtrum ars rhetorica ad Herenium falso Ciceroni inscribatur: tradiderim exscribēda:non tam quidem quod mihi emittenda uiderentur:q̄ ut reipsa cognosceretis: me utriq; uestrū ita addictum esse:ut nihil mihi gratius esse possit:q̄ sapiētissimis admonitionibus uestris optemperare. Sed ea cōditione has nostrarum frugū primitias in uulgū emittimus:ut uos eas pq̄ acri iudicio uestro ab istis obtrectatoribus: qui cum ipsi nihil memoria dignū excogitare possint: alienos fructus tanq̄ fetidi mures rodere nunq̄ desistunt:defendendas suscipiatis. Valete clarissima studiorum ornamenta.

Illustrissimo Barii Duci Ludouico Sfortiæ Vicecomiti sapiētissimo ducatus Mediolani gubernatori Raphael Regius īmortalitatem.



Olent magnanimi benigniq; principes cū aliorū: quæ ad publicā spectāt utilitatē: tū studiorū ac eo⁊ in primis: qbus facile hoīes īmortalitati cōsecrant: tantā suscipe curā: ut nō priscorū mō auctorū opa omni diligētia cōquirāt: ac deprauata pristinæ restituāt synceritati: uerū præclara quoq; igenia ad aliqd pulchri excudēdū quocūq; liberalitatis genere inuitent. Hinc Alexāder ille Magnus nō minus Aristotelis opibus: q̄ suis gestis celebrat. Hinc Augustus cū Vergilii æneide. Mecænas cū georgicis. Pollio cū bucolicis semp cātabūtur. Hinc Titus Vespasianus cū naturali Plynii hystoria ubiq; florere censetur. Hinc Franciscus ille Sfortia pater tuus Iulio Cæsari merito æquiparādus tū ab aliis qbusdā: tū a Francisco Philelpho immortalitati fuit consecratus. Hæc enim rectissima est ad æternā gloriā uia: de studiorum cultoribus in primis bene mereri. Hac iere cum alii præstantes uiri: tum Pisistratus ille Atheniensium princeps non minus eloquētia q̄ sapientia pollēs. Is enim cū animaduertisset Homeri illius omniū laudatarū artium magistri poesin non ad auriū modo uoluptatē: sed ad ciuilis potius uitæ institutionem cōparatam esse: singulos aureos nūmos edicto unicuiq; proposuit: qui sibi uel singula illius poetæ carmina attulisset. Tantumq; ea liberalitate effecit: ut quæ confusa dissipataq; erāt: ea in duo de quinquaginta uolumina redigerētur: quæ quidem recte & uiuendi & scribendi rationē in se continere a præstantiss. quibusq; ingenio uiris iudicata fuerūt. ut si uerum facere iudicium uolumus: nō minus Pisistrato instauratori: q̄ Homero tam præclari operis auctori debeamus. Quæ nanq; ille spiritu quodam diuino afflatus in uariis græciæ urbibus decantarat: hic studiorū amore: publicaq; utilitate ductus: dispersa iamq; ad interitum pergentia collegit: in opusq; redigenda curauit. Qua sane magnificētia apud omnes bene institutas gentes & sibi & Homero īmortalē gloriā cōparauit. Hac eadē uia cum tu quoq; incedas Iucundissime princeps: ut qui & pacis & belli artibus instructissimus sis: ac præclara Vicecomitū Sfortiadarūq; gesta litterarum monumentis cōmēdāda omni studio cures: & honestissima præstantibus liberalium artium professoribus salaria proponas: rem haud ingratam me tibi facturū existimaui: si quæ nuper ad cōmunē studiosæ iuuentutis utilitatem elucubrauimus: ducenta problemata in totidem Quintiliani oratoriæ institutionis deprauationes nomini tuo dicaremus: simul ut hoc munusculo tuam gratiā inirē: simul ut illi egregio operi: quo nullum neq; apud græcos: neq; apud latinos instituendis iuuenibus accōmodatius inuenitur: sic fauorem tuum cōciliarem: quo



& ipsum in pristinam uindicetur integritatē: & tu apud omnes gentes: quæ latinæ linguæ elegantia capiuntur: magnam laudem æternāq; gloriam consequaris. Si enim Quintiliani opus: quo nō orator modo perfectus instituitur: sed historici quoq; & poetæ instruuntur: aliqua ex parte tua gratia uidebitur emendatū: se tibi plurimum debere iuuenes eloquētiæ studiosi profitebūtur. eoq; magis: quod nemo e tanta scriptorū turba hactenus est inuentus: qui tanto auctori recta uia ad interitum tendēti aliquid adiumēti afferre conatus sit: cū præsertim & perq̄acre iudiciū: & summā plerisq; in locis eruditionē exposcat: ut qui hæc ostentare pulchrū putant: grandem inde se iactandi materiā fuerint habituri. Sed deprauationum credo multitudine deterriti: & aliunde gloriam sibi comparādam putarunt: & illud opus neglectū: ac fœdissimis corruptionibus inquinatum iacere permiserūt: quod ante omnia maximā curam emerebat. Siquidem ad mille & amplius deprauationes in illo deprehendimus: quarū nōnullæ temporū infelicitate. multæ librariorū incuria. pleræq; uero istorū temeritate: qui sibi omnia in priscis exēplaribus nullā opinionis suæ rationē assignātes inuertere ꝑmittunt: admissæ fuere: ut minime mirandū sit: si Franciscus Philelphus uir alias eruditus atq; facūdus uel epistola testatus sit Fabii Quintiliani scripta hispanū quiddā redolere: cum deprauata rhetoris illius acumina plene percipere nō posset. Tantum enim abest ut illius opinioni accedā: ut latinæ elegantiæ rationē simul cū eloquentiæ præceptis Fabius tradidisse mihi uideatur. Id uero tum ex integris illius operis locis: quibus nihil est candidius: tum ex his ducentis emendationibus nostris facile diiudicari potest. Quas quidē si tibi re ipsa probari: ac nō minus q̄ Pisistrato carmina Homeri gratas esse cognouero: meas in totū illud opus annotationes: quas studiosis iuuenibus haud ingratas spo futuras: ꝓpediē emittere incipiemus. Vale Pacis & belli eximiū decus. Paduæ Idibus Augusti. Mccccl xxxxi.

Raphaelis Regii ducenta problemata in totidem Quintiliani oratoriæ institutionis deprauationes.



Vid est quod Fabius Quintilianus latinæ elegantiæ diligentissimus obseruator in illa periodo: qua opus Victorio Marcello dicat: minus oratorio uerbo usus esse uidetur? Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus: quē cū amicissimū nobis: tū eximio litterarū amore flagrantē: nō ꝓpter hæc modo q̄q̄ sint magna: dignissimū hoc mutuæ inter nos caritatis pignore iudicabamus. Sed quod erudiēdo nato tuo: cuius prima ætas manifestū iter ad ingenii lumē ostēdit nō inutiles fore libri uidebantur. An quia semidocti alicuius temeritate deprauata: a nullo quod sciā: eruditorū hactenus fuit emendata? Hæc enī appellatio natus tametsi apud

poetas pro filio frequẽter posita inueniatur: nunq̃ tamen ab oratoribus: & maxime a Quintiliano: nisi memoria fallor: usurpatur. Quo igit mo/do corrigatur? An pro nato huius noĩs geta datiuus forsitan est reponen/dus? Sic nanq̧ in puetusto illo exẽplari: quod nup Mediolani ab Andrea Lælio sacerdote in primis erudito accõmodatũ plegi: scriptũ esse cũ aĩad uertissem: facile in ea opinione: quã iãpridem cõceperã: illam periodon a professoribus oĩbus corrupte hactenus fuisse & lectam & expositã: facile sum cõfirmatus. Nã antea quidẽ hunc locũ deprauatũ esse uidebam. Sed natũ in filiũ: ꝓpter uerborũ dissimilitudinẽ: ne in annotationibus quidẽ nostris in totã fabii oratoriã institutionẽ cõscriptis mihi pmisi ĩmutare. Nũc uero cũ & natus pro filio poeticũ sit uerbũ: & in peruetusto exẽplari getæ legat: quis dubitet Victorii filiũ sic fuisse cognominatũ: itaq̧ esse le/gendũ? In eodẽ quoq̧ exẽplari nõ Marcelle: ut in nouis istis est deprauatum: sed. M quæ littera prænominis est nota: Marcum q̧ significat: recte mihi scriptũ esse uidet. M. nanq̧ Victorius Marcellus is: cui opus illud di/catũ est uocabat. Prænoĩa siquidẽ noĩbus nõ cognoĩa anteponi cõsueue/rũt. In illo præterea circuitu nõ iter: sed iã citra illã præpositionẽ ad ĩ eodẽ legitur libro hoc mõ. Cuius prima ætas manifestũ iã ĩgenii lumẽ ostẽdit. Quod qdẽ tametsi parui referre plerisq̧ uideat q̃d idẽ sẽsus utrocũq̧ mõ lectus appet: eo tamẽ ãnotare libuit: quo melius ĩtelligat: q̃ facile auctorũ scripta nõ dico deprauẽt: sed deprauata ab iis quoq̧ q habent eruditi: iter dum approbẽtur. Fabiũ siquidẽ uel grãdi pignore deposito cõtenderim: sic ut in prisco exẽplari legit: scriptũ reliqsse: sed temeritate semidocti ali/cuius deprauatũ a quoq̃ ꝓfessoꝝ hactenus non fuisse correctũ. cũ psertim ostẽdere iter ad lumẽ: sit mõstrare uiã qua ad lumẽ perueniri possit. Istæ uero hominũ arrogantũ: qui sibi benedocti uidẽtur: deprauatiões: ab iis quoq̧ qui certatim grandia cõmẽta scribere pulchrũ putant approbatæ in maximas ineptias auctores alioqui candidissimos coniicere uident. Ac ut de reliqs taceã: quæ maior est multitudo q̃ ut huic loco inseri possit: lo/cus ille Suetonii Trãquilli: quo naumachia a Iulio Cæsare edita describi/tur corrupte & lectus & expositus nõne Suetoniũ ipsum scriptorẽ facun/dissimũ maxime ineptũ insulsũq̧ fuisse ostẽdit? Nauali prælio legitur in morem cocleæ defosso lacu biremes ac triremes quadriremesq̧ tyriæ & ægyptiæ classes magno pugnatorũ numero cõflixerũt. Vt enĩ omittam quod classes loco classis nimiũ impite legit: qs uel mediocriter artis ota/toriæ pitus nõ uideat: si ĩ morẽ cocleæ legat Suetoniũ scriptorẽ elegãtis/simũ & decori & similitudinis rõnũ penitus fuisse ignarum? Quæ nanq̧ cocleæ rei admodũ paruæ ꝓportio ad lacus in quo tyriæ ægyptiæq̧ clas/sis biremes triremes ac quadriremes cõflixerint: amplitudinẽ excogitari põt? Profecto nulla. Quo igit modo ista iã ĩueterata deprauatio corriga/

tur? Nēpe in maiore Codeta id quod in uetustis exēplaribus scriptū ui-
dimus: est legendū. Siquidē Codeta: ut scribit Sex. Pōpeius: est ager trans
tyberim sic dictus quod in eo nascerent uirgulta Caudis eqnis similia. In
Augusto quoq; ut alia nūc prætermittā: quæ plura sunt: q̄ ut obiter pos-
sint numerari: nō minus impite q̄ superius: stēma & legit & exponit: cū
thema & sensus elegantia & astronomorū cōsuetudo loquēdi exposcat.
Quod si pluribus uellē demōstrare ea quæ sunt quorūdā temeritate de-
prauata: frequēter ab iis quoq; qui docti habent: approbari: multa ex hi-
storicis poetis & oratoribus afferre possem: quæ pperā & legunt & expo
nunt. Sed ad supiora initiū primi capitis Valerii Maximiq;: quo nihil est
uulgatius: adiiciatur: quod quidē adeo corrupte hactenus & lectū est & a
professoribus enarratū: ut nihil cōfusius. nihil absurdius uideat. Ac cōfu-
sio quidē distinctione nostra iāpridē fuit sublata: ut in illis nostris dispu-
tationibus quæ uenales circūferūtur: copiose habet. Sed alia quoq; īsunt
flagitia a paucis admodū aīaduersa. Sic enī fere legit. Maiores statas solē-
nesq; cerimonias pōtificū scientia. bene gerēdarū rerū auctoritate. augu-
rum obseruatione. Apollinis prædicatione. Vatū libris. portētorꝝ depul-
sis. etrusca disciplina explicari uoluerūt. Ac in illis quidē disputationibus
nostris nihil aliud reprehendi q̄ eorū inscitiā: qui mēbra natura distincta
ita cōfundūt: ut de duobus unū efficiant: nihil aliud ausus īmutare: quod
nullū uiderā exēplar in quo aliter legeret: tametsi aīaduerterā Valeriū a
Cicerone de respōsis haruspicū dissentire. Nunc uero cū in puetustū exē-
plar inciderim: in quo ita scriptū est: ut cū. M. Tullio eadē dicere Valeri-
us uideat: hoc modo putaui esse corrigendū: ut singulis accusandi casi-
bus singuli ablatiui subiiciant: ac pro scientia legat sententia. hoc modo.
Maiores statas solēnesq; cerimonias pōtificū sentētia. bene gerēdarū rerū
auctoritates augurū obseruatione. Apollinis prædicaiones uatum libris.
Portētorū depulsas etrusca disciplina explicari uoluerūt. Hoc uero mō si
legat: & sensus erit pspicuus. nec a Cicerone Valerius uidebit dissentire.
Sic enī in orōne: quæ de respōsis haruspicū inscribit: Cicero ait. Ego ue-
ro primū habeo auctores ac magistros religionū colendarū maiores no-
stros: quorꝝ mihi fuisse tāta sapiētia uidet: ut satis superq; prudētes sint:
q illorū prudētiā nō dicā asseq: sed quāta fuerit pspicere possint: qui statas
solēnisq; cerimonias pontificatu. rerū bene gerendarū auctoritates augu
rio fatorū. Veteres prædicatiōes Apollinis uatū libris. portētorū explana
tiones etruscorꝝ disciplina cōtineri putarūt. Ex his Cicerōis uerbis facile
colligit: illud Valerii corrupte hactenus & lectū & expositū fuisse: ut mi
hi uenia dāda sit: si cōplura iā fere a professoribus approbata in oratoria
Quintiliani institutione duxero immutanda. Sed iā ad alia trāseamus.
Quid est: quod illa Fabii rō: qua excusat duos libellos de rōne dicēdi se no-
lente emissos duobus legit modis? Nāq; alterū serm onē p biduū habitū

pueri qbus id præstabaẽ exceperãt. alterũ pluribus sane diebus quãtũ no/tando cõsequi potuerãt: ĩterceptũ bini iuuenes uel nimiũ amãtes mei te/merario editiõis amore uulgauerãt. An qa altero mõ ẽ deprauata? Qui/dam enĩ nõ sermonẽ habitũ sed sermone habito: nõ bini: sed boni putãt eẽ legẽdũ. Ego uero sermonẽ habitũ: ut credã a Fabio scriptũ fuisse addu cor: quod sic in uetustis exẽplaribus legiẽ: tametsi in annotatiõibus nr̃is scripserim habito sermone potius esse legendũ: sed ab antiqs exẽplaribus dũ rationi nõ reluctenẽ: nusq̃ sentio recedendũ. Boni præterea non bini mihi sensui conuenire uidentur. Hæc præterea cõiunctio sed loco illius disiunctionis uel sic ut in Prisco legitur exẽplari uidetur reponenda.

Quid est: quod illud Fabii præceptũ in primo capite difficilius uidetur: q̃ ut temere a quoq̃ pcipiaẽ? Quare præcipiẽda sunt optima: quæ siqs graua/biẽ nõ rationi defuerit: sed homini. An qa est deprauatũ? Quo nãq3 mo/do is nõ rationi: sed homini defuerit: qui ea grauabiẽ: quæ a Fabio præci piunẽ? Fieri certe nõ põt. ut quisq̃ dũ in optima incũbere grauaẽ: nõ desit & homini & rõni. Qua ergo rõne corrigatur? An defuerint plurium nu/mero: ut ad præcepta referatur: uel refragãtibus & exemplaribus & istis correctoribus forsitan est legendũ? Ea nãq3 præcepta nõ rõni quidẽ: sed hoĩ deesse uidenẽ: quæ de educãdis pueris tradita: a parentibus in filiis in/stituẽdis negligunẽ. Mihi uero defuerint pluriũ numero legẽdũ esse cõtẽ denti astipulanẽ duo uetusta exẽplaria: unde reliq̃ facile crediderim fuisse descripta: quoℜ alterũ a Poggio Florẽtino una cũ dimidiatis Asconii Pe/diani in q̃sdã Cicerõis or̃ones enarratiõibus e germania allatũ: nũc in ma gnificentissima Laurẽtii Medicis uiri nunq̃ satis laudati bibliotheca spe/ctaẽ. Tametsi de illo uerbo defuerĩt illic quoq3 n. lr̃a alicuius parũ iudicio pollẽtis temeritate expũcta uideaẽ. Alterũ illud Mediolanẽse ĩ quo citra ullã liturã defuerĩt numero plurali scriptũ esse cõpluribus ostẽdi: cũ qdã ex iis q Mediolani ꝓfiteẽ: assereret Fabiũ potius ĩ solœcismũ cõiici: si plu/riũ numero defuerĩt: ut ego aiebã: q̃ si defuerit numero singulari: ut ĩ no/uis exẽplaribus est deprauatũ legereẽ: hoc falso argumẽto nisus: qđ hæc dictio siqs ita exigit duo uerba: ut ad eũdẽ nominatiuũ oĩno referanẽ: qđ qdẽ sic ab oĩ grãmatices rõne abhorrere cõuici: ut oẽs q aderãt ꝓfiterenẽ eiusmodi errorẽ ĩ discipulo: nedũ ĩ publico doctore nequaq̃ eẽ tolerãdũ.

Quid ẽ: qđ illud de lr̃is ꝑceptũ obscurius uideẽ: q̃ ut Quĩtiliani cãdori elegã tiæq3 cõueniat? Quin sordeũ sedusq3 ꝑ aspiratiõe uel simili lr̃a utẽtes. An qa librarioℜ inscitia deprauatũ hactenus fere a ꝓfessoribus fuit approba/tũ? Illa nãq3 uel cõiũctio nõ mõ sensũ nihil iuuat: uerũ ita cõfundit: ut qđ sibi Fabius uelit: nõ pcipiatur. Priscos qdẽ innuit usos fuisse in his nomi/nibus hordeo & hedo alia littera q̃ aspiratione. Sed quænã illa sit minime ex his Quintiliani uerbis colligi potest. Qua ergo ratione illustretur hic sen sus? An loco illius uel coniunctionis Vau. totidem litterarũ nomen

priſcis quidem haud ignotum.noſtris non temporibus uix a quoq̄ audi/tum uel reluctantibus: quæcunq; mihi uidere cōtigit : exemplaribus for ſitan eſt reponendum? Nam ut ſcribit Priſcianus ex ſententia Varronis & Didymi æolicum illud digamma ab ipſo uocis ſono. Vau. fuit appella/tum. Illam uero litteram Claudius Cæſar latinæ linguæ maximæ neceſ/ſariam in ſcribundis præſertim huiuſmodi nominibus ſeruus uulgus eſſe putauit. Nam in talibus pronunciandis dicti onibus : craſſior ſonus: q̄ ſit u. litteræ pro conſonante poſitæ neceſſarius eſſe uidetur : ac talis fere: quali nunc utūtur germani in proferēdis huiuſmodi uerbis uolo.uiuo. uado. uiuum & ſimilibus. Is uero proxime ad f. litteræ ſonum accedit: quæ inuerſa æolicum illud digāma efficiebat : id quod etiānū tum alibi: tum Romæ in multis ſpectatur iſcriptiōibus:ut ſer.ꝗus.ꝗixit hoc eſt ſer uus uixit. Cæterum Claudio mortuo:eā oēs ut ſuperuacuā repudiarūt.

Quid eſt quod illud Fabii exemplum: quo priſci monſtrantur uſi. e uocali pro i. itidem uocali: parum uidetur propoſito accommodatum? Quid non e. quoq; i. loco: fuit ut menerua & leber & mageſter & diuoue uicto/re pro diuoui. An quia eſt deprauatum? Ac in uetuſtis quidem illis ex/emplaribus loco illius præpoſitionis pro : non negandi aduerbium legi/tur. Sed ne ſic quidem mendæ ſublatæ eſſe uidentur. Pro Diuoue nanq; Diioue. ac pro uictore : Veioue uel reſragātibus omnibus exemplaribus contenderim eſſe legendum. Hæc duo præterea nomina Diioui ac Veio ui aſcribenda. Nam ut in quinto noctium Atticarum. A. Gelius ſcribit: in antiquis iſcriptionibus nomina hæc deorum Diiouis & Veiouis ſpe/ctabantur. Fabius uero & ipſe de huiuſmodi inſcriptionibus priſcis hoc ſumpſiſſe uidetur. Quare tametſi hactenus ita ut eſt in exemplaribus deprauatum: clariſſimi quiq; profeſſores & legerint : & expoſuerint : ge/lio tamen auctore conuincuntur: pro uictore legendū eſſe Veioue. Diio/uis autem ut ibidem exponit gelius: etiā Lucetius appellatur : quod nos die ac luce quaſi uita ipſa afficiat ac iuuet. Veiouis contra: q nō iuuādi po/teſtatem: ſed uim nocendi haberet uocabat. Ita nanq; Veiouis dictus eſt: ut Veſanos Vecordeſq; nominamus. Veiouis autē ædes Romæ inter ar cem & capitolium fuit. In quo quidē templo dei ſimulachrū ſagittas te/nebat: quæ uidelicet eſſent paratæ ad nocendum.

Quid ē quod illud Fabii de analogia præceptū Variis legit modis? Quid? non ſimiles quoq; ut dicebam: poſitiones in longe diuerſas figuras per obliquos caſus exeunt? ut uirgo Iuno. fuſus. luſus. cuſpis. puppis & mille alia: cum illud etiam accidat: ut quædam pluraliter non dicantur. Quæ/dam contra ſingulari numero. quædam caſibus careant. quædam a pri/mis ſtatim poſitionibus tota mutentur: ut Iupiter. quod uerbis etiā acci/dit ut fero tuli: Cuius præteritum perfectum & ulterius non inuenitur.

Nec plurimũ refert nulla hæc an prædura sint. An quia est deprauatum? Illo nanq; uerbo refert: qui latinæ eleganterq; loquũtur: sic uti solent ut oppositis orationem exornent: ut Iuuenalis. Quid refert dictis ignoscat Mutius an non? Inter hæc uero nomina nulla & prædura: siue plura id quod in quibusdam legitur exéplaribus: quæ oppositio esse possit: cum ne sub ulla quidem oppositorum specie collocentur? Opposita nanq; eé definiunt: quæ in eodem secundũ idem in eodem tempore circa unam eandé rem simul esse nõ possunt. Quo igitur modo corrigatur? An nulla: etiam si nullũ nobis astipuletur exemplar: in mollia forsitan sunt immutanda? Sic enim mollia præduris opposita Fabius cum uerbo illo refert eleganter uidebitur copulasse. Neq; est admittéda eorum correctio: quæ melius corruptio diceretur: qui non prædura sed plura legũt. Quo nanq; pacto multum non refert: nulla hæc an plura sint? Nã si nulla forent nihil Fabio opus esset de iis: quæ non sunt quicq̃ præcipere. Sed isti suæ opinionis rationem uiderint. Nos ad alia pergamus.

Quid est: quod illorum Fabii uerborũ de etymologia præcipientis sensus integer nullus habere potest? Et etiam interpretationem rectã sequendam. Improbandam contrariã. ne a contrariis aliqua sinamus trahi. An quia sunt deprauata? Nullum enim inest uerbũ ad quod referri possint. Quo igitur modo emendetur hic locus? An hæc quinque uerba. Interpretationem. rectam. sequendam. improbandam contrariam: de contextu in marginem forsitan sunt transferenda? Nam ab eruditorum aliquo in margine: ut fieri solet annotata: imperiti putarũt Fabii sensibus inserenda. Et copula præterea cum illa ne particula ut sensui contraria prorsus uidet eradéda. Sic enĩ sensa & apte copulabunt & facile percipient.

Quid est: quod illa Fabii uerba: quibus musicam oratori necessariam esse ostendit: obscuriora sunt: q̃ ut a quoq̃ percipi possint? Nã psalteria & spadicas etiam uirginibus probis recusanda. An quia sunt deprauata? Siquidem spadicas ita sensus aspernatur: ut nihil ipsi conuenire uideátur. græci enim: ut in secũdo noctium atticarum gelius scribit: auulsum e palma termitem cum fructu spadica uocant. & phœniceum colorem ut idé in quarto refert. Sed quid aut phœniceus color: aut e palmæ termes cũ fructu auullus cum musica psalteriisq; cõmercii habet? Népe omnino nihil. Quid igitur? contendemusne ea esse mutanda quæ hactenus a clarissimo quoq; professore non solum approbata: sed etiam fuerunt enarrata? Quidni: Si a uero Fabii sensu prorsus aliena esse uidentur? Quod si nomen illud Spadicas expungendum dicemus: quodnã illius loco reponemus? An ut minimum a uerborum similitudine recedamus: illud nomen Spadicas in hæc duo. ipsa pronomen & uerbum dicas: forsitan est dissoluendum? Hoc enim modo si legatur: perspicuus fuerit sensus. Nã

psalteria & ipsa dicas etiã uirginibus probis recusanda. Nec ignoro in q/busdã exẽplaribus loco illius nã cõiunctionis hãc particulã nec repositã fuisse. Quo quidẽ modo si legatur: haec cõiunctio enĩ loco illius copulae & uidet̃ ascribenda. ut legatur. Nec psalteria enĩ ipsa dicas. Fateor autem me alibi scripsisse aliter esse legẽdum. Siquidẽ in annotationibus nostris in Quintilianũ dixi nõ spadicas sed sãbucas a sensu desiderari. Est enĩ Sã/buca Citharae triãgularis species ad quã prisci iambos canebãt: cuius in/uẽtor ibycus fuisse memorat̃: sed nũc mihi minor ĩmutatio fieri uidet̃: si spadicas illud in ipsa & dicas resoluamus: q̃ si loco illius sãbuca ascribat̃: cũ praesertĩ hoc mõ & sensus sit aptus: & sic in qbusdã exẽplaribus legat̃.

Quid est: quod illa Fabii ratio qua utranque geometriae partem oratori ne cessariam esse ostendit. Vix plene percipitur a quoq̃? Nam cum sit geo/metria diuisa ĩ numeros atq formas: numerorum quidem noticia non oratori modo: sed cuicunque primis saltem litteris erudito necessaria: in causis uero uel frequẽtissime uersari solet: in quibus actor nõ dico si cir/ca sũmas trepidat: sed si digitorum saltẽ incerto aut indecoro gestu a cõpu/tatione dissentit: iudicat̃ indoctus. An quia & deprauata est: & consuetu/do illa in digitis computandi priscis quidem admodũ trita nostris tẽpo/ribus fere ignoratur? Nã illud aduerbiũ saltẽ iterato ascriptũ: cũ nihil sen/sui cõueniat: mihi uidet̃ expungẽdũ: ac illius loco hoc itidẽ aduerbiũ solũ reponendũ: ut legatur hoc modo. Sed si digitorũ solum incerto: aut in/decoro gestu. Ratione uero illa cõputandi per digitos non Quintilianus modo plerisq in locis: uerũ & Plynius & Iuuenalis & Apuleius & Diuus Hieronymus aliiq ex antiquis cõplures suis in operibus frequẽter sunt usi: ut mihi opae pretiũ uidear esse facturus: si illã mihi nup a Bernardino gadolo Brixiẽsi Monacho Camãdulẽsi ĩ primis erudito traditã: & a Beda illo doctissimo sacerdote litteris cõmendatã hoc potissimũ loco totã de/scripsero: ne studiosi plerisq in locis eã saep ius desiderare cogant̃. Quo/tus enĩ quisq e tãta cõmẽtatorum turba: illud Iuuenalis ita saltẽ exponit: ut plene pcipi possit? Atq suos iã dextra cõputat annos. Illius nãq rõnis nu merãdi cognitionẽ nõ tenentes ea ad expositionẽ huius loci adducũt. quae nõ minore & ipsa indigeãt enarratione. Neq enĩ minus ex Iuuenalis car/mine q̃ ex Plynii Diuiq Hieronymi uerbis: quae isti ad eruditiõis iacta/tionem in sua cõmẽta trãscripserũt: colligimus centenariũ numerũ dex/trae digitis significari cõsueuisse. Quo aũt mõ id fieret: quod maxime ad illa plene intelligenda est necessariũ: istorum nemo exponit. Illud certe Ply/nianũ de trigesimo quarto naturalis historiae descriptũ: eo est obscuri/us: in cuius expositionẽ fuit adductũ: quod quidẽ ut pleraq alia corrupte hoc modo legitur: ut obiter hoc quoq notemus. Praeterea Ianus gemi/nus a Numa rege dicatus qui pacis belliq argumẽto colitur: digitis ita fi/

guratis: ut trecentorum quinquaginta quinq; dierũ nota per significationẽ anni: tẽporis & æui deum se idicaret. Quid enĩ hæc Plynii uerba ad enarrationem illius: quod ait Iuuenalis: faciunt? Nonne obscuriora sunt: q̃ ut ad aliorum expositionẽ debeant afferri? Quod uero dixi illum Plynii locum esse deprauatũ: illa præpositio per cũ accusatiuo illo significationẽ nihil a sensu eleganterq; scribendi ratione agnoscitur: uideturq; illius ablatiui nota expositio esse. Illa quoq; Hieronymi uerba: quibus euangelicam de centesimo, sexagesimo ac trigesimo fructu parabolã exponit: citra hanc in digitis numerãdi rationẽ plene percipi nõ possunt. Cẽtesimus inqt & sexagesimus & tricesimus fructus q̃q̃ de una terra & de una semẽte nascatur: tamen multũ differt in numero. Triginta nanq; referunt ad nuptias. Nam & ipsa digitorũ coniunctio quasi molli osculo se complectens & fœderans maritũ pingit & coniugem. Sexaginta uero ad uiduas: eo quod in angustia & tribulatione sunt positæ. Vnde & superiori digito deprimũtur. Quantoq; maior est difficultas expertæ quõdam uoluptatis illecebris abstinere: tanto maius & præmium. Porro cẽtesimus numerus (diligenter quæso lector attende) de sinistra transfertur ad dextram: & eisdem quidem digitis, sed non eadem manu. Quia in leua nuptæ significantur & uiduæ: circulum faciens exprimit uirginitatis coronam. Hæc Hieronimus: quæ ab illa in digitis numerãdi regula ita pẽdent: ut sine eius cognitione parum intelligi possint. Quare quæ de illa a Venerãdo Beda in primis docto sacerdote litteris mandata fuere: quo multa auctorum loca alioqui obscuriora facilius percipi possint ad uerbum describamus

Cum ergo inquit dicis Vnum: minimum in leua digitum inflectẽs in medium palmæ arctum figes.

Cum dicis duo secundum a minimo flexum ibidem impones.

Cum dicis tria: tertium similiter inflectes.

Cum dicis quatuor: itidem minimum leuabis.

Cum dicis quinque: secundum a minimo similiter eriges.

Cum dicis sex: tertiũ nihilominus eleuabis medio duntaxat solo: qui medicus appellatur: in medium palmæ fixo.

Cum dicis septem: minimum solum supra palmæ radicẽ cæteris interim leuatis impones. Iuxta quem cum dicis octo medium.

Cum dicis nouem: impudicum e regione compones.

Cum dicis decem: unguem indicis in medio figes arctu pollicis.

Cum dicis uiginti: summitatem impudici inter nodos indicis & pollicis arcte figes.

Cum dicis triginta: ungues indicis & pollicis blando coniunges amplexu

Cum dicis quadraginta:interiora pollicis lateri uel dorso indicis superdu-
ces ambobus duntaxat erectis.
Cum dicis quinquaginta:pollicé exteriore arctu instar græcæ litteræ gāma: L
curuatum ad palmam inclinabis.
Cum dicis sexaginta:pollicem ut supra curuatum indice circunflexo diligé-
ter a fronte præcinges.
Cum dicis septuaginta:indicem ut supra circunflexū pollice in longū tenso
implebis:ungue illius dūtaxat erecto trans mediū indicis arctum.
Cum dicis octoginta: indicem ut supra circūflexū pollice in longū extenso
implebis:ungue uidelicet illius in mediū indicis arctum fixo.
Cum dicis nonaginta: indicis inflexi unguem radici pollicis erecti infiges
Hactenus in leua.
Centum uero in dextra:quo modo in leua decem facies.
Ducenta in dextra:quō uiginti in leua.Eodé mō & cætera usq; ad nongéta.
Item mille in dextra:quomodo unum in leua.
Duo milia in dextra:quomodo duo in leua. Et cætera usq; ad nouem milia.
Porro decem milia : cum dicis leuam in medio pectoris supinam appones
digitis tantum ad cælum erectis.
Viginti milia:cū dicis eandé pectori expansam latæ superpones.
Triginta milia:cum dicis eadem prona sed erecta.pollicem cartilagini me-
dii pectoris immittes.
Quadraginta milia cum dicis:eandem in umbilico erectam supinabis.
Quinqginta milia cū dicis:eiusdé ꝓnæ sed erectæ pollicé umbilico īpones.
Sexaginta milia cū dicis:eadé prona fœmur leuū desuper cōprehendes.
Septuaginta milia cū dicis:eandé supinam fœmori superimpones.
Octoginta milia cum dicis:eandem pronam fœmori superpones.
Nonaginta milia cū dicis: eadé lūbos cōprehédes pollice ad inguina uerso.
At uero centum milia.cc.milia & cætera usq; nongenta milia eodem:quo
diximus ordine in dextra corporis parte complebis.
Decies autem centena milia cum dicis:ambabus sibi manibus consertis in-
uicem digitos implicabis.
Quid est quod illa geometriæ commēdatio ineptior est:q̄ ut Fabii candori
conuenire uideatur? Deniq; probationū quæ sunt potentissimæ: græce
apodixis uulgo dicūtur.An quia est deprauata:quis ut recta fere legatur?
Quid enim ad mōstrandū geometriæ cognitionem futuro oratori ma-
xime esse necessariam facit:si probationum potentissimæ græce grāmati
ce ut in quibusdam legitur exemplaribus:αποδειξεισ dicuntur? Pro-
fecto nihil:cum nequaq̄ hoc loco Fabius nos hortetur:ut græcis litteris
incumbamus.Qua ergo ratione mendum ex hoc loco tollatur? An pro
illo aduerbio græce hoc græcum nomen γραμμικαι est reponédū? No

strae uero emendationi Fabius ipse cum alibi: tum in quinto astipulatur his quidem uerbis. Apodixis est euidens probatio. Ideoq3 apud geometras γραμμικαι αποδειξεισ dicunt. Tametsi a quibusdã illic quoq3 corrupte γραμματικαι legatur. γραμμικαι uero lineares interpretantur ἀπο τησ γραμμησ hoc est a linea declinatae. Impẽdẽdã autẽ geometriae operã hic quoq3 Fabius colligit: qđ cũ orator nihil aliđ q̃ pbationẽ petat: potentissimae probationũ: quae αποδειξεισ dicunt: in geometria habẽt.

Quid est: quod ex his Fabii uerbis quae ad finem capitis de geometria leguntur: nullus integer elicitur sensus? Sint extra licet usus bellici transeamusq3 quod Archimedes unus obsidionem Syracusarum in longius traxit. An quia aliquid foedissimi flagitii inest: quod nondum uel a magni nominis correctorum quoq̃ fuit aĩaduersum? Quid integrum requiro sensum? oratio ipsa nihil congrua recte intuenti uidetur. Quid nanq3 illud extra facit: praeterq̃ quod & sensum obscurat & ipsam deturpat orationem? Quid igitur loco eius reponẽdum uideatur? An exempla: quis hactenus a clarissimis quibusq3 professoribus corrupte extra lectum sit: & sensus & orationis integritas exposcit? Quae enim paulo ante Periclis. Sulpitii galli. Niciae ac Dionis exẽpla Fabius cõmemorauit: ea ad artem militarẽ potius q̃ ad oratoriam spectare concedit.

Quid est: quod ille Fabii sensus in ultimo primi libri capite situs uariis legitur modis? Ergo cum grãmaticus totum diẽ occupare non possit nec debeat: ne discentis animum tedio auertat: quibus potius studiis haec tẽporum uelut subsidia donabimus. An quia imperiti alicuius temeritate aliquid flagitii contraxit? Quidã enim subsidia: quidã succisiuũ putant esse legendum. Ac ii quidem qui subsidia inuehunt perq̃ inepti esse mihi uidentur. Qui uero succisiuum sibi persuadent esse legendum: ii mihi non ignorasse uidentur: succisiua tẽpora ea dici ab elegantissimis latinae linguae auctoribus: quae peragendis negociis succiduntur atq3 subtrahũtur. Plynius in epistola ad Titum Vespasianũ. Homines enim sumus & occupati officiis. Succisiuis tẽporibus ista curamus. A. quoq3 Gellius in ultimo noctium Atticarum libro hoc eodẽ utitur uerbo. Omnia inquit succisiua ac secundaria tempora ad colligendas huiusmodi memoriarũ oblectatiũculas conferam. Sed ne sic quidem recte legi: illud similitudinis aduerbium uelut aperte ostẽdit. Cum enĩ succisiua tẽpora proprie dicantur: quae negotiis peragendis succidũtur: atq3 subtrahũtur: illud aduerbium uelut ab eleganti respuitur orõne. Quo igitur modo corrigatur? An neq3 subsidia neq3 succisiuum: sed succidia forsitan est legẽdum? Succidia enim: ut Varro inquit: carnes dicũtur quae ab aliis succisae in aliud tempus differũtur comedendae. Quẽadmodũ igitur carniũ ita temporũ succidia uocãtur: quae a peragẽdis negotiis nobis supersunt. Qua

re ne Fabius minus elegans esse conuincat̃:succidia forsitan est legendũ.
Ex hoc uero facile apparet q̃ male de studiis mereant̃:qui ea quæ nõ per-
cipiunt:ex cõmodo suo in ueterum libris inuertere nihil uerentur.

Quid est quod illud Fabii præceptum in tertio uolumine descriptũ:ubi de
statibus tractatur: minus uerum esse uidetur? Nam finitione quidẽ cõ-
prehendi nihil in uniuersum potest. An quia ita est deprauatũ : ut quod
uult affirmare Fabius: negare uideatur? Nam finitiõe omnia quæcũq;
definiuntur:in uniuersum cõprehendi:cum alii:tum Aristoteles scribit.
ut definitione hominis omnes homines cõplectũtur. Omnis enĩ homo
est animal rationale mortale. Qua ergo ratione hic corrigi locus possit.
An non negandi aduerbium forsitan est ascribendum? Si enim legetur.
Nam finitione quidem nihil non in uniuersum comprehendi potest: &
perspicuus erit sensus:nec Fabius falsa præcepisse coarguetur.

Quid est quod Fabius illo in capite : ubi status definitionem assignat : mi-
nus recte sentire uidetur? Nec in causa Milonis circa primas quæstiões:
quæ sunt ante prohœmium positæ : iudicabo conflixisse causam. An q̃a
ille quoq; sensus est deprauatus? Qui enim ullæ quæstiones ante ꝓhœ-
mium tractari possint:cum prohœmiũ ipsum in oratione primũ opti-
nere locum notius sit:q̃ ut uideatur admonẽdum? Statim quidem post
exordium ac ante narrationẽ tres illas quæstiones : de q̃bus Fabius me-
minit:ita Cicero tractauit : ut eas nihil Miloni obesse monstrarit. Quo
igitur modo hũc locũ dicemus corrigendũ? An loco illius ante præposi-
tionis harum altera aut post aut iuxta uel refragãtibus exẽplaribus oĩno
est reponenda? Nam Fabius in sequẽti uolumine:ubi de narratione præ
cipit:eas quæstiones ante narrationem fuisse tractatas aperte his uerbis
exponit. Nisi forte. M. Tullius in oratione pulcherrima: quã pro Milone
scriptam reliquit:male distulisse narrationem uidetur tribus præpositis
quæstionibus. Ne igitur Fabius & quæ fieri nõ possunt præcipere:& sibi
ipse contraria scribere coarguatur:post prohœmiũ forsitan est legendũ.

Quid est:quod quæ de translatione illo in loco:ubi quot sint status scribit
Fabius:uix quisq̃ qui percipiat inueniatur? Alii sex status putãt. Cõiectu
ram:quam γενεσιν uocãt. & qualitatem & proprietatẽ id est ἰδιότητα:
quo uerbo finitio ostenditur. & quãtitatẽ quã αξιαν dicũt. & cõparatio-
nem & translationẽ:cuius ab hoc nouũ nomen inuentũ est μετάςασισ:
nouũ tanq̃ in statu alio:qui ab Hermagora inter species iuridiciales po-
nitur usitatum. An quia hic locus deprauationibus scatet? Quo nanq;
modo ab hoc nouũ nomen translationis sit inuentũ : cum nullius oĩno
mentio fiat? Quid præterea sensum illud tanq̃ aduerbiũ iuuat? Profecto
nihil. Qua ergo ratione emendetur? An nõnulla uerba sunt ĩmutanda?
Nam hæc dictio adhuc pro illis duabus ab hoc:& illo tanq̃ aduerbio era-

so inq̄ uerbum forsitan est reponendum: & hoc pronomē cum in præ/
positionē ascribendū ut legatur. Et translationem cuius adhuc nomē no
uum inuentum est μεταστασισ: nouū inq̄ in hoc statu. In alio qui ab Her
magora inter species iuridiciales ponitur: usitatum. Nā μεταστασισ: ut
Fabius sentire uidetur: si pro translatione ponatur: nouum est nomen.
sin pro remotiōe criminis: quæ est species iuridicialis assūptiuæ: usitatū.
Quid est: quod illud Fabii de genere demōstratiuo præceptū acute intuēti
ineptius uidetur: q̄ ut tā acuto rhetori conueniat? Est laus & magnitudo
operū. An quia īperiti alicuius temeritate aliquid flagitii cōcepit? Quis
enī ignorat magnitudinē operū urbibus magno esse ornamento. Sed qs
sic loquit̄. Est laus & magnitudo operū? Profecto nemo: nisi plane rusti/
cus & īeptus. Laudi enī esse magnitudo operū elegāter dicit̄. Cæterū Fabi
us id nequaq̄ illo in loco præcipe uidet̄. Quo igit̄ mō corrigatur? An ma
gnitudo: uel reluctātibus istis: & correctoribus & exēplaribus est eradē/
da? Sic. n. intelligemus opa: ut Amphitheatra tēpla muros solere laudari.
Quid est: quod illa Fabii ratio: qua necessariū a deliberādi partibus cēset re/
mouendū: minus integra esse uidetur? Quātalibet enī uis ingruat aliqd
fortasse pati necesse sit. nihil facere. An qa est deprauata? Illud. n. facere uer
bum cui adhereat: nihil habet. Quid ergo ascribēdū dicemus? An donec
emendatius inueniatur exemplar hæ tres dictiones: necesse nō sit. ascribi
cōmode possint? Hoc nanq; modo & pspicuus & integer efficitur sensus.
Nulla enī nunq̄ tanta necessitas ingruit: ut non aliquid facere possimus:
ac si nihil aliud: saltem nosmetipsos uita priuare.
Quid est: quod illud Fabii de. M. Tullio dictū ubi de narratiōe præcipit: mi
nus uerū esse uidetur? Sed. M. quoq; Tullius cōtra nauarchos. An quia
est deprauatum? Non enī contra nauarchos. M. Tullius: sed pro nauar/
chis uerba facere aperte ex septima in Verrem actione colligitur. Crucia/
tus nanq; illis a Verre indigne irrogatos deplorans hac utitur prosopo/
pœia. Vt adeas tantū dabis. ut cibū tibi intro ferre liceat tantū. nemo re/
cusabat. Quid? ut uno ictu securis afferā mortē filio tuo? Quid dabis ne
crucietur? ne sæpius feriatur? ne cū sensu doloris aliquo aut cruciatu spi/
ritus auferatur? Etiā ob hāc causam pecunia lictori dabat̄. Ex his. M. Tul/
lii uerbis liqdo patet: nō contra nauarchos: sed cōtra Verris eiusq; lictoris
auariciā crudelitatemq; illā prosopopœiā fuisse inuectā. Qua ergo ratio/
ne corrigat̄ hoc mendum? An loco illius contra præpositionis alia haud
dissimilis totidēq; syllabarū circa forsitan est reponēda? Si enim circa na/
uarchos legemus nihil falsi asseruisse Fabius coarguetur.
Quid est quod illud Fabii de narratione præceptū obscurius uidetur: q̄ ut
plene percipi possit? Quid? pro Cluētio Scaleni Balbiq; colloquiū. nōne
ad celeritatem plurimū & fidem cōfert? An quia est deprauatum? Quid

enim similitudinis celeritas cũ fide habet? Qua ergo ratione emẽdetur? An credulitatẽ forsitan sic agnoscit sen us: ut celeritatẽ aspernatur? Siq/dem Scaleni Balbiqꝫ colloquium: ita describit Cicero: ut maxime credi/bilia quæ utrinqꝫ fuerunt dicta uideantur.

Quid est: quod illud Fabii de egressione dictũ minus percipitur? Vt pluri/ma aut iterum dicẽda sint: aut quia alia alieno modo dicta sunt: dici suo nõ possunt. An quia est deprauatum? Neqꝫ enĩ alia quicq̃ sensum iuuát. Quo igitur modo corrigatur? An alia forsitan sunt eradẽda: & pro mo/do reponendus est hic ablatiuus loco? Nã apertus erit sensus: si hoc mo/do legat᷑. Aut quia alieno loco dicta sunt: dici suo non possunt.

Quid est: quod Fabius in quinti uoluminis prologo id quod uult affirma/re: negare uidetur: cũ inquit? Deinde quia iudicẽ a ueritate depelli mise/ricordia uel ira similibusqꝫ nõ oporteret: nec uoluptatẽ audiẽtium pete/re: cũ uincendi gratia tantũ diceretur: non modo agenti superuacuũ: sed uix etiã uiro dignũ arbitrabantur. An quia imperiti alicuius temeritate hic quoqꝫ locus fuit deprauatus? Cũ enim afferat Fabius eorũ rationes: qui ab oratore affectus excludunt: audientiũ quoqꝫ nõ esse petendã uo/luptatem ex eorundem sentẽtia colligit: quod & superuacuum & uix di/gnũ uiro esse uidet᷑. Cõtrariũ uero ex illo sensu. nisi corrigatur: aperte col/ligitur. Quo igitur modo hic locus emendetur? An loco illius nec parti/culæ negatiuæ: qua sensus peruertitur: & copula forsitan est reponenda? Sic enim & integer & apertus efficietur sensus.

Quid est: quod illa probationũ diuisio ab Aristotele inuecta in quinto Fa/bii uolumine minus integre assignari uidetur? Ac prima quidẽ illa par/titio ab Aristotele tradita cõsensum fere omniũ meruit: alias esse proba/tiones: quas extra dicendi rationẽ acciperet orator. alias quas ex causa tra/heret ipse: & quodã modo gigneret. Ideoqꝫ illas ατεχνουσ id est inartifi/ciales uocauerũt. Ex illo priore genere sunt præiudicia. rumores & quæ sequũtur. An quia est deprauata? Alterius enim membri expositionem in omnibus: quæ mihi uidere licuit: exẽplaribus fuisse prætermissam ex ipsius Fabii uerbis satis apparet. Cum enĩ inferat Fabius. Ex illo priore ge/nere sunt præiudicia: cui latinæ elegantiæ nõ ignaro dubiũ uideri potest alterius mẽbri expositionẽ dictionũ similitudine fuisse prætermissam? Hoc nanqꝫ pronomẽ illud nõ ad proxima: sed ad remotiora referri sole/re notius est: q̃ ut sit admonendum: Huc accedit: quod Aristoteles in pri/mo de arte rhetorica libro ita diuidit ꝓbationes: ut earũ alias ατεχνουσ: hoc est artis expertes. alias εντεχνουσ hoc est artificiales uocet. Qua igit᷑ ratione hic locus possit emendari? An quinque hæc uerba dictionũ simi/litudine prætermissa. has εντεχνουσ id est artificiales: forsitan sunt repo/nẽda? Sic enĩ legemus. Ideoqꝫ illas ατεχνουσ: id est artificiales uocauerũt.

Hoc nanq; modo & illæsa cõseruabitur Fabii elegãtia: & integra proba-
tionum diuisio ab Aristotele inuecta custodietur.

Quid est: quod ea ratio: qua Fabius probare nititur quædã genera testimo-
niorũ facile eleuari minus apta proposito uidetur? Non enim ipsos esse testes sed iniuriatorũ afferre uoces. An quia est deprauata: tametsi ut recta legatur? Quid enĩ ad refelléda auditionũ testimonia cõfert: si iniuria affectorũ uoces a testibus afferant? Profecto nihil: cũ sæpenumero etiam referant: nec idcirco tamẽ minus fidei testium uerbis adhibeatur. Quid? quod nec iniuriatorũ nec iniuriari uerbũ: unde participiũ illud declinari putatur: apud quenq̃ latine loquentẽ inuenitur? Quo igitur modo corrigatur? An i. uocali de medio illius genitiui iniuriatorũ erasa: iniuratorum forsitan est legendum? Testibus nanq; iuratis tũ credi solet: cũ quæ ipsi uiderunt: quibusq; interfuerunt afferũt. Qui uero audita solũ exponunt q̃uis iurati: nulla iis fides adhibenda censetur.

Quid est: quod Fabius ab Aristotele dissentire uidetur: ubi de probatione artificiali inquit? Nec ulla cõfirmatio nisi aut ex cõsequẽtibus aut ex repugnãtibus. An qa primũ huius diuisionis mẽbrũ librariorũ incuria fuit prætermissũ? Aristoteles nãq; cũ alibi: tũ ĩ primo priorũ analyticorũ: unde hoc præceptũ sumptũ esse uidetur: non solũ ex cõsequẽtibus & repugnantibus: sed ex antecedẽtibus quoq; ꝓbationes sumi uel pulcherrima descriptione demõstrat. An Fabius audacter ab Aristotelis diuisione discedens a cõsequẽtibus antecedentia quoq; cõprehendi putauit? Nam ut bonũ hæc consequũtur utile. eligendũ. conferens: ita bonũ sequitur felicitatẽ. bonã habitudinẽ. studiosam uitã. Id uero ut potius credã eo quoq; adducor: quod ubi Fabius argumẽtorũ locos exponit: nullã de huiusmodi antecedentibus mẽtionẽ facit. Hæc nanq; antecedentia & consequẽtia ordinis tenent necessitatẽ. Antecedentia enim ea dicunt esse: quibus positis aliud necesse est cõsequatur: ut si bellũ est: inimicitias esse necesse est. Nam consequentia ab antecedentibus huiusmodi separari nõ possũt.

Quid est: quod illa signorũ diuisio: quæ a Fabio in qnto uolumine assignatur: obscurior est q̃ ut facile percipi possit? Diuidunt autẽ in has primas duas species: quod eorũ alia sunt: ut dixi: quæ ne essaria sunt. Priora illa sunt: quæ aliter se habere non possunt: quæ græci uocant τεκμήρια. alia quæ σημεῖα: quæ mihi uix pertinere ad præcepta artis uidentur. An quia ita confusa. ita est deprauata: ut nõ nostro sed Quintiliani auxilio indigere uideatur? Quæ nanq; uocat priora Fabius: cũ alterũ dũtaxat exposuerit diuisionis mẽbrum? Quo autẽ modo quæ σημεῖα uocantur: uix pertinere ad artis præcepta uideantur: cũ sint credibilia: quibus potissimum oratores utũtur? Quid ergo? Quo pacto mẽdas ex hac cognitu pulcherrima diuisione tolli posse dicemus? An ita uerborũ cõtextus: q̃uis exem-

plaria refragentur: forsitan est deponẽdus: ut primum utraq; diuisionis membra collocentur. deinde ipsorũ expositio inferatur? Nã & perspicua & absoluta illa diuisio esse uidebitur: si hoc ordine legat. Diuidũtur autẽ in has duas primas species: quod eorũ alia sũt: ut dixi: quæ necessaria sũt: quæ græci uocãt τεκμήρια: alia nõ necessaria quæ σημεῖα. Priora illa sũt: quæ aliter se habere nõ possunt. Quæ mihi uix pertinere ad præcepta artis uident. Neq; tamen inficior aliter q̃ ego exposuerim: a Fabio forsitan fuisse descriptũ. Sed dũ emendatius exemplar inueniatur: ita hãc diuisionem putaui illustraudã. Non nihil autem ab Aristotele Fabius in hac signorũ diuisione dissentire uidetur. Is enim in primo artis rhetoricæ libro signa quidẽ in necessaria ac nõ necessaria diuidit: quẽadmodũ & Fabius. Sed non necessaria ανωνυμα hoc est sine noĩe esse ait his quidẽ uerbis. τουτων δε το μεν αναγκαιόν τεκμηριον. το δεὺη αναγκαιον ανωνυμον εςι κατα την διαφοραν. hoc est. Horum autem quod necessarium τεκμήριόν. Non necessarium uero sine nomine est secundũ differentiam.

Quid est: quod illud Fabii argumẽtũ minus eleganter compositũ esse uidetur? Cum prouidentia mũdus regatur: administranda respu. sit: si liquebit mundũ prouidentia regi. An quia est deprauatum? Illa enim si coniũctio aliud membrũ: unde pendeat exigere uidetur: quod quidẽ in exemplaribus desideratur. Quo igitur modo est corrigẽdum? An hæ quatuor dictiones. Administrãda est respu. ut forsitan sunt ascribendæ? Et sensus nanq; fuerit apertus: & nihil deesse uidebitur: si hoc modo legat. Cũ prouidentia mũdus regat: administranda est resp. ut administrãda resp. sit. si liquebit mundum prouidentia regi.

Quid est: quod illa Fabii ratio qua colligit uim & naturã omniũ rerũ notã esse debere argumenta recte tractaturo penitus falsa esse uidetur? Debent etiã nota esse recte argumẽta tractaturo uis & natura omniũ rerũ: & quid quæq; earũ plerũq; efficiat. Nihil enim sunt: quæ ει κοτα dicunt. An quia est deprauatum? Quo nanq; pacto credibilia argumenta: quæ a græcis εἰκότα dicuntur: sint nihil? Nam Aristoteles tũ in rhetoricis: tũ in priorum analyticorum secundo uolumine εικοσ ait probabilẽ esse ꝓpositionem. Sic enim ipsum definit. εικοσ εςι προτασισ ενδοξοσ. Id est εικοσ est propositio probabilis. Quid? Fabius nõne statim credibilium: hoc est εικοτων subiicit diuisionem? Credibilium autem inquit genera sunt tria. Vnum firmissimum: quod fere accidit: ut liberos a parentibus amari. alterum uelut propensius. Eum qui recte ualeat: in crastinum peruenturũ. Tertium tantum nõ repugnans. In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Qua ergo ratione tam grande flagitium ab istorum correctorũ nullo hactenus animaduersum tolletur? An illud nihil forsitan est eradẽdum: ut eius loco hinc aduerbium uel reluctantibus & professoribus &

exemplaribus reponatur. Ita nanq; legetur. Hinc enim ſunt quæ εἰκότα dicuntur. Siquidem probabilia arguméta id quod Fabius ait: facile ab eo excogitabuntur: cui uis ac natura rerum omniũ fuerit percepta.

Quid eſt: quod illud Fabii de tempore præceptum parũ a quoq; percipi poteſt? Hoc conſequens habet & conſtituta diſcrimina æſtate. hyeme. noctu. interdiu. & fortuna. In peſtilentia. An quia eſt deprauatum? Illud enĩ nomen fortuna non modo non adiuuat ſenſum: uerum orationé quoq; deturpat: cum ad quod referatur uerbum non habeat. Qua ergo ratione emendetur? An fortuna eſt eradenda: ut loco eius fortuita reponantur? Conſtituta nanq; & fortuita ſunt oppoſita: quibus in diſtinguendis rebus uti ſolemus.

Quid eſt: quod illud exemplum: quo Fabius locum a ſimilibus exponit: minus ſcitum eſſe uidetur? Si fidem det tutor & procurator. An quia eſt deprauatum: q̃uis ut rectum legatur? Non enim dant fidem tutores ac curatores: quod quidem facile eſt: ſed debent: eoq; ſi ipſam non præſtiterint adminiſtrationis rationem reddere coguntur. Quo igitur modo eſt corrigendum? An ſyllaba una duntaxat aſcripta: debet forſitan eſt legẽdum? Sic uero corrigendũ eſſe Ciceronis topica: unde hoc ſumptũ eſt exemplũ nos aperte docent: in quibus ſic eſt ſcriptum. Si tutor fidẽ præſtare debet. Si ſocius. ſi cui mãdaris. Si qui iudiciũ accepit: debet & procurator.

Quid eſt: quod illud fabii præceptum: quo locus a cauſis explicatur: ſupuacuũ ac ineptum eſſe uidetur? Quæ utiq; talia fiũt: talia ſunt. An quia eſt deprauatum? Quis enim uel rudis litterarum dubitet ea quæ talia fiunt: talia eſſe? Tametſi autem inuitus facio: ut aliquid aſcribendum aſſeram: quod in nullis legerim exemplaribus: Fabii tamen cãdori quoquomodo ſuccurrendum puto. Qua ergo ratione emendetur? An tria hæc uerba. Qualia quæ faciunt: forſitan ſunt aſcribenda? Nam ſenſus & integer & apertus erit: ſi legatur. Quæ utiq; talia fiunt: talia ſunt: qualia quæ faciunt. Noſtræ uero emẽdationi etiam quæ ſubiiciuntur exẽpla aſtipulãtur. Si ſapientia inquit bonũ uirum facit: bonus uir utiq; eſt ſapiens.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptũ de argumẽtis a fictione ductis obſcurius eſt: q̃ ut facile percipi poſſit? Lex eſt. Qui parẽtes nõ aluerit: uinciat. Nõ alit quis: & uincula nihilominus recuſat. utitur fictione. Simile ſi infans ſit. Si reip. cauſa abſit. An quia eſt deprauatum? Illud enĩ ſimile non mõ ſenſum nihil iuuat: uerũ ita confundit atq; pturbat: ut a pfeſſorũ aliquo non fuiſſe aut eraſum aut emendatum: perq̃ ſit mirãdum. Nullum ſiquidem eſt uerbum ad quod referri poſſit. Quid nos? dicemuſne eſſe expũgendũ? Minime uero. Sed unius duntaxat litteræ appoſitione ac nota hypodiaſtoles aſcriptæ. Si miles uel oĩbus: quæcũq; mihi uidere licuit refragãtibus exẽplaribus cõtenderim eẽ legẽdũ? Nã ut infantes: qui nõ

aluissent parẽtes: nõ uincirentur: ita & milites: qui reipu. causa absentes alere nõ potuissent: merito uincula recusarent: quis ea lege uideantur teneri: qua cauetur: ut liberi parẽtes alant aut uinciantur.

Quid est: quod illud Fabii de inductione præceptũ: qua frequentissime Socratem usum esse docet: minus perspicuũ elegansq́ esse uidetur? Nam illa qua plurimum est Socrates usus: hanc habuit uiam cũ plura interrogasset: quæ cõfiteri aduersario necesse esset: nouissime id de quo quærebatur: inferebat: ut simile concessisset. An quia est deprauatum? Clausula nanq́ illa: ut simile concessisset: manca esse ac sensum minime absoluere uidetur. Quo igitur modo est corrigendum? An cui datiuus forsitan est ascribendus. & similia q̃ simile potius legendum? Frequentissime enim illa ut particula relatiuo iuncta cũ apud alios plerosq́: qui post Ciceronẽ floruerunt: tum apud Quintilianum pro utpote: quo fere nõ utitur Fabius: posita inuenitur.

Quid est: quod illud Fabii præceptũ minime uerũ esse uidetur? Dissimilitudo assumitur interim & ad orationis ornatũ. An quia fuit deprauatum? Neq́ enim dissimilitudo ad orationis ornatũ assumit̃. uerũ similitudo: ut aperte Fabius ipse in octauo de ornatu præcipiẽs scribit. Præclare uero inquit ad inferendã rebus lucẽ repertæ sunt similitudines: quarum aliæ sunt: quæ probationis gratia inter argumẽta ponuntur. aliæ ad exprimẽdam rerũ imaginẽ cõpositæ: quod est huius loci propriũ: & quæ sequuntur. Quid? quod Fabius oĩa eo ordine exequitur: quo etiã ꝓposuit? Oĩa igitur inquit ex hoc genere sumpta necesse est: aut similia esse: aut dissimilia: aut contraria. Qua ergo ratione corrigatur? An illa syllaba dis erasa similitudo a sensu desideratur? Sic enim & sibi constabit Fabius: nec falsa præcepisse coarguetur.

Quid est: quod illud exemplũ de Cicerõis topicis a Fabio descriptũ nõ eundem hic atq́ illic retinet sẽsum? Eum cui domus usus fructus legatus sit: nõ restituturum hæredi: si corruerit. An quia semidocti alicuius temeritate fuit deprauatum? Huius enĩ corruptionis culpam in correctorẽ aliquem: ne dicam corruptorem: penitus & iudicio & diligentia carentem: non in librariorum incuriam esse referendam: facile qui uis ex ipsius Ciceronis uerbis percipere potest. Hoc enim eodẽ exemplo a simili locũ exponit. Si ædes hæ ĩquit exesæ corruerint: uitiumue fecerint: quarũ usus fructus legatus est: hæres restituere nõ debet: nec reficere: nõ magisq̃ seruum restitueret: si is cuius usus fructus legatus esset depisset. Putauit aũt iste loci huius corruptor restituere uerbũ: id demũ significare: quod reddere. Idcircoq́ & ei datiuũ in eum: & hæredẽ accusatiuũ in hæredi datiuũ ex cõmodo suo peruertere nihil dubitauit: cũ restituere pro eo quod est instaurare atq́ reficere frequẽtissime accipiat̃. Quo igitur modo in pri

pristinam restituatur integritaté hic locus? An:ne a Ciceronis sensu Fa/
bius dissentire uideatur:sic est legendum? Ei cui domus usussructus lega
tus sit:non restituturum hæredem si corruerit.

Quid est:quod illa Fabii uerba: quibus ab auctoritate locum exponit: mi/
nus uera esse uidentur? Hæc secuti græcos: a quibus κρισεισ dicuntur
iudicia aut iudicationes uocantur:de quibus ex causa dicta sententia est.
An quia sunt deprauata? Vocantur enim non esse legendum: sed uocát:
ne admonitione quidem est dignum. Sed iudicationes de quibus ex cau/
sa sententia est dicta:non ad auctoritaté:sed ad exépla referri Fabius ipse ait.
Ná ea inquit in exéplo℞ locú cedút. Quo igit̃ modo corrigat̃ hic locus?
An nõ negandi aduerbiú forsitá est ascribendum? Sic enim & sensus erit
perspicuus:nec sibi Fabius uidebit̃ repugnare:si ita legatur. Nõ de quibus
ex causa dicta sententia est. Hoc autem modo esse corrigendú etiam quæ a
Fabio inferunt̃:aperte ostédunt. Sed si qd ait ita uisum gentibus. populis
sapientibus uiris. claris ciuibus. illustribus poetis referri potest.

Quid est: quod minus percipitur:quænam sit illa ex affirmatione probatio:
de qua Fabius in quinto uolumine sic præcipit? Altera est ex affirmatio/
ne probatio. An quia hoc præceptum:q̃uis plerisq; nõ uideatur:est depra
uatum? Neq; enim probatio magis ex affirmatione cõstat:q̃ ex negatio/
ne. Interdum nanq; affirmando. interdum probamus negando. Qua er/
go ratione est corrigendum? An pro affirmatione etiá si omnia quæcúq;
mihi uidere licuit: exemplaria refragentur:asseueratione haud dissimilis
ablatiuus forsitan est reponendus? Quod si quo exéplari uetusto niti pos
sem:nihil hoc asserere dubitarem. Est enim asseuerare ipsis argumentis
uim motumq; animi admiscere. Sed quid uetusta requiro exemplaria:
cum Fabius ipse hoc idem alibi aliis præcipiat uerbis? Cum inquit quo/
rúdam probatio sola sit in asseueratione & perseuerátia. Quid? Exempla
quæ subiiciuntur:nonne id aperte demonstrant? ego inquit hoc feci? Tu
mihi hoc dixisti? Et o facinus indignum:& similia. Interrogatio nanq;:
quæ duobus primis: & exclamatio quæ inest tertio: maxime asseuera/
tioni conueniunt.

Quid est:quod Fabius: ubi deprecationé sine aliqua defensionis specie ad/
modum raram esse probat:minus eleganter præcipere uidetur: cum in/
quit? Quod si quádo apud principem aliumue:cui utrum uelit liceat:di/
cemus:dicendum erit:dignum quidem morte eum:pro quo loquemur:
clæmentia tamen eius seruádum esse uel talem. An quia hic quoq; locus
arrogantis alicuius temeritate fuit deprauatus? Neq; enim quid nobis di
cendum sit:cum principem pro aliquo deprecamur:præcipit Fabius:sed
id monstrat quod proposuit:defensionem fere deprecationi solere admi
sceri. Quid ergo? Quomodo hoc diremus esse corrigédum? An illa duo

uerba dicendū erit imperitoꝝ alicuius temeritate aſcripta: forſitan ſunt eradenda? Sic enī & ſenſus erit pſpicuus: & Fabii elegātia integra cuſtodietur: neq; ea quæ natura ita ſunt copulata: ut deduci nō debeāt: ſeparabuntur. Quod qdē fieri: a quoq; pfeſſoꝝ: quod ſciā: nō fuiſſe deprehēſum: ſane q eſt mirandū. Illud enī. Primū oīum nō erit res nobis cū aduerſario: ſic a ſuperioribus pēdet: ut ſi ab illis ſeiūgat: integra oro eſſe nō poſſit.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptum de refutandis exemplis uariis legit modis? Exempla rerum uarie tractanda ſunt: quæ ſi uera erunt: fabuloſa dicere licebit. Sin dubia: maxime quidē diſſimilia. In quibuſdā uero exēplaribus non uera: ſed uetera leguntur. An quia eſt deprauatum? Quis enim prudens orator exēpla aut uera fabuloſa diceret: aut dubia eſſe diſſimilia affirmaret? Ac ut uetera quidem ſi eſſent: facile uocarentur fabuloſa: ita dubia inepte diſſimilia dicerentur? Quo igitur modo corrigat hoc præceptum? An illa epitheta fabuloſa & diſſimilia: utraq; in alterius locum ſunt transferenda? Nā & elegans & apertus erit ſenſus: ſi hoc modo legatur. Quæ ſi dubia erunt: fabuloſa dicere licebit. Sin uera: maxime quidē diſſimilia. Quod ſi pro dubiis indubitata legerētur: uetera quoq; ſenſui conuenirent. Si nanq; uetera eſſent: potius fabuloſa propter uetuſtatem q diſſimilia dicerent: uera autē ſi ſint: nō aliter q ſi diſſimilia aſſerātur: poſſunt refutari.

Quid eſt: quod illud Fabii de refutatione præceptū: nō uno legitur modo? Utiq; nunq cōmittēdū eſt: ut aduerſariorum dicta: cum ſua cōfirmatione referantur: aut etiam ioci alicuius executione adiuues: niſi cum eludēda. An quia eſt deprauatum? Ac qui pro executione quidē putauit ex cōmodo ſuo excuſſione reponendum: flagitio flagitiū adiecit. Cū enim ille ioci genitiuus a ſenſu penitus repellatur: nequaq excuſſione ablatiuus ab eodē agnoſcit ſenſu. Neq; enim ullus in exēplo: quod de Ciceronis orone pro Muræna deſcriptum ſubiicit Fabius: ineſt iocus: quis Ser. Sulpitii uerba eludantur. Apud exercitum mihi fueris inquit tot annis. forū non attigeris. abfueris tam diu: & cum tam longo interuallo ueneris: cum iis qui in foro habitarunt: de dignitate contendas. Qua ergo ratione ex hoc præcepto deprauationes tollantur? An loco illius ioci forſitan hic q ſimillimus genitiuus loci eſt reponendus? Locum enim a Ser. Sulpitio tractatum contra Murænam ambitus reū ita exequitur Cicero: ut quæ ex aduerſo dicta fuerant: eludantur.

Quid eſt: quod illud Fabii de contradictionibus præceptum duobus legit modis? At in ſcholis recte & plenaribus contradictionibus occurremus: ut in utrūq; locum primū & ſecundū exerceamur. Quod niſi fecerimus: nunq utemur contradictione. Quidam enim pro illis plenaribus legendum interpellationibus putant. An quia eſt deprauatum? Ac illi quidem

qui iterpellationibus se addixerunt: pro inepta barbaraq́: ac prorsus in/ usitata dictione latinam elegantemq́ reposuerũt: uerum sensui minime conuenienté. Quo nanq́ pacto inter declamandũ interpellationibus qs utatur: cũ fere sine aduersario dicatur: & interpellare sit loquenté sermo/ ne impedire: quod quidé & turpe: & a bono uiro: hoc est oratore alienũ esse iudicatur? Qua ergo ratione corrigendũ esse dicemus? An ut mini/ mum a similitudine uerbi fere in exéplaribus descripti recedamus: ple/ nius forsitan pro plenaribus est legẽdum? In scholis eni plenius & copio/ sius occurrendũ esse cõtradictionibus præcipere Fabius uidetur: quo pa/ riter & cõtradictiones ipsas excogitare: & soluere assuescamus. Hoc nãq́ in primum & secundum locum exerceri esse uidetur.

Quid est: quod illud Demosthenis contra Aristocratem dictum minus ele ganter a Fabio uidetur esse interpraetatum? Non enim siquid unq̃ contra leges factum est: idq́ tu es imitatus: idcirco te conuenit pœna liberari. quod econtrario damnari multo magis. An quia est deprauatum? Id ue/ ro ex Demosthenis ipsius uerbis colligitur: non modo ex elegantiæ lati/ næ ratione. ου γαρ iquit ειτι πωποτε μη κατα ταυτο νομους επραχθη: συ δε τουτε μιμησω: δια τουτο αποφυγειν σοι προσηκει: αλλα πολυ μαλλον αλισκεσθαι δια ταυτα. Illud enim quod neq́ sensui: neq́ ele/ gantiæ rationi conuenire uidetur. Quo igitur modo est corrigendum? An loco illius quod totidem litterarũ hæc particula quin forsitan est re/ ponenda? Sic enim legetur. Quin ecõtrario damnari multo magis. Quo sane modo & integer sensus: & utriusq́ linguæ elegantia custoditur. Illa eni cõiunctio quin & illi græcæ αλλα respondet: & maxime inuersioni/ bus accõmodat. Ex hoc uero Demosthenis dicto illa iuris ciuilis regula collecta uidetur a Paulo iurisconsulto: quæ libro digestorum primo de legibus sic est descripta. Quod contra rationem iuris receptum est: nõ est producendum ad consequentias.

Quid est: quod Fabius illam Ciceronis de rõcinationis partibus opinioné: minus plene eleganterq́ exponere uidetur? Cicero maxime quinque de/ fendit: ut sit propositio. deinde ratio eius. tũ assumptio & eius probatio. quinta complexio. Quia interim & ꝓpositio nõ egeat rationis: & assum/ ptio probationis: & non nunq̃ etiam: cum plane opus non sit: quadripar/ titam: & tripartitam: & bipartitam quoq́ fieri posse ratiocinationem. An quia hic quoq́ locus flagitiis non uacat? Primum enim hæc copula sed a sensu desideratur: ut legatur. Sed quia interim. Alioqui ineptus admo/ dum transitus foret. Deinde illa duo uerba cũ plane: huius ablatiui cõ/ plexione locum occupasse mihi uidentur. Cum enim neq́ ratione pro/ positionis: neq́ assumptionis probatione opus est: neq́ complexione bi/ partita efficitur ratiocinatio.

Quid est: quod Fabius minus aptã illi propositioni subiicit rationem? Bona ad me pertinent. Solus enim sum filius defuncti: uel solus hæres: cum iure bonorum possessio intestati secundum tabulas testamenti detur. An quia est deprauata? Quo nanq; pacto bonorum intestati possessio secundum tabulas testamẽti: quæ nullæ sunt: iure dari possit? Intestati. n. dicũtur: qui nullo cõdito testamẽto decesserunt? Quid igitur? Dicemusne Fabium sibi inuicem pugnantia scribere? an potius illum intestati genitiuũ a sensu penitus nõ agnosci? Fieri enim non potest: ut siquis intestatus decessit: tabulas reliquerit testamenti. Quo igitur modo corrigatur hic locus? An ut nihil expungendum dicamus: hæc coniunctio uel iterum forsitan est ascribenda? Et pspicuus nanq; & elegans fuerit sensus: si hoc modo legatur. Cum iure bonorũ possessio intestati: uel secũdũ tabulas det.

Quid est: quod Fabius de ratiocinationis partibus loquẽs ab Aristotele dissentire ac minus uera præcipere uidetur? Sed ut potest esse uera intentio & ratio: & tamen falsa connexio: ita si illa falsa sunt: nunq̃ est uera connexio. An quia hoc quoq; præceptum fuit deprauatum? Nam Aristoteles in secundo priorum analyticorum libro multis colligit argumentis: falsam ex ueris propositionibus nullo pacto cogi posse conclusionẽ. ex falsis autem colligi interdum ueram. Cum igitur iis: quæ a Fabio præcipiũtur: contraria demonstret Aristoteles: quo modo dicemus hoc præceptũ esse corrigendum? An uel repugnantibus omnibus: quæcunq; mihi uidere licuit exemplaribus: in contrarium ita est inuertendum: ut & connexio uera: q̃uis intentio & ratio sint falsæ. & si illæ ueræ sint: nunq̃ cõnexio falsa intelligatur? Nam & uera præcipiet Fabius: nec a summis philosophis uidebit̃ dissentire: si hoc mõ legat̃. Sed ut põt eẽ uera cõnexio: & tamen falsa intentio & ratio: ita si illa uera sunt: nunq̃ est falsa connexio.

Quid est: quod Fabius cum de argumentatione præcipit ieptiore uti uidetur locutione q̃ ut eius candori conueniat? Nonne apud Demosthenem paucissima huius uiri uel artis reperiũtur: quæ apprehensa græci magis. Nam hoc solum peius nobis non faciunt: in catenas ligant: & inexplicabili serie connectunt: & indubitata colligunt: & probant confessa. An quia hic quoq; locus est deprauatus? Quis enim uel insulsus tali uteretur locutione? Nonne apud Demosthenem Paucissima huius uiri uel artis reperiũtur? Profecto nemo nisi rusticus planeq; impolitus. Quid? quod non percipitur: quid sibi Fabius uelit? Illi enim genitiui uiri uel artis penitus implicant sensum atq; confundunt. Ac illa quidẽ duo uerba uel artis de margine in contextum librariorum inscitia contenderim esse translata. Aliquis enim ex istis arrogantibus' cum uideret illum uiri genitiuũ minus sensui conuenire: in margine ex cõmodo suo illa scripsit. Qua igitur ratione emendetur hic locus? An loco illarum trium dictionum uiri uel

artis hic genitiuus modi forsitam est reponendus:ac non negandi aduerbium de illa parenthesi est expungẽdum? Et elegans nanq & concinnus fuerit sensus:si hoc modo legatur. Nonne apud Demosthenem paucissima huiusmodi reperiuntur: quæ apprehensa græci magis. Nam hoc solum nobis peius faciunt:in catenas ligant?

Quid est:quod sensus illi in sexti uoluminis præfatione obscuriores sunt:q̄ ut Fabii candori conueniant? Quis enim bonus parens mihi ignoscat: si studere amplius possum? ac non oderit hanc animi mei infirmitatẽ:siqs in me est alius usus uocis:q̄ ut incusem deos superstes omniũ meorum? nullam terras despicere prouidentiam tester:si non meo casu:cui tamen nihil obiici:nisi quod uiuam potest:at illorum certe:quos utiq ĩmeritos mors acerba dãnauit? erepta mihi prius eorundem matre:quæ nondum expleto ætatis undeuicesimo anno:duos enixa filios:q̄uis acerbissimis rapta fatis infelix decessit. Hoc ego uel uno malo sic eram afflictus:ut me iã nulla fortuna posset efficere felicem. Nam cum omni uirtute:quæ in fœmĩas cadit: functa sit:insanabilem attulit marito dolorem:tũ ætate tam puellari præsertim meæ comparata: potest & ipsa numerari ĩter uulnera orbitatis. Liberis tamen superstitibus orbitabar. & quod nefas erat: sera sed optabat ipsa me saluo maximos cruciatus præcipiti uia effugit. An qa ita sunt deprauati:ut de suo loco in alienum translati maximam cõfusionem efficere uideantur? Quatuor enim uersibus & amplius interiectis: unus sensus natura copulatus ita separatur:ut duo effecti uideãtur: quorum prior quidem facile percipitur. alter uero eo est obscurior: quod & corruptus est:& ab eo separatus: cui maxime deberet esse copulatus. Nã hic sensus. Liberis tamen superstitibus orbitabar: & quæ sequuntur: cũ eo mihi uidetur connectendus:qui cluditur. q̄uis acerbissimis rapta fatis infelix decessit. Orbitabar præterea uerbum: ut quod non modo superuacuum:sed ne latinum quidem est:penitus est eradendum. Neq tamen loco illius hoc uerbum oblectabar sane latinum:ut est a quibusdam istorum correctorum ex cõmodo suo immutatum:agnoscit a sensu:uerum ut redũdans prorsus repellitur. Idcirco autem ab litteratorũ aliquo ascriptum esse uidetur:quod uerba:ut dixi:e suo loco in alienum trãslata nequaq̄ percipiebãtur. Siquidem illi ablatiui liberis superstitibus & me saluo absolute positi nullo uerbo indigere uidentur. Melius nanq cũ uxore q̄ secum actum esse Fabius colligit:cũ ipsa & liberis superstitibus: & se saluo decesserit. Meæ uero emendationi uetusta illa exemplaria mihi sæpius allegata astipulantur:in quibus quidem neq orbitabar neq oblectabar:neq aliud uerbum illis ablatiuis est ascriptum:q̄uis idem sensuũ ordo:qui in aliis quoq est:deprehendatur. Quo igitur modo corrigẽdi disponẽdiq sunt hi sensus? An illa in præpositione erasa firmitatem & de

cesserit:pro illo decessit est legendum : ac nomine illo sera ut redundante expuncto : ita sunt describendi? Quis enim bonus parens mihi ignoscat:si studere amplius possum? ac non oderit hanc animi mei firmitatē? siquis in me est alius usus uocis: q̃ ut ĩcusem deos superstes omniũ meorum? Nullam terras despicere prouidentiam tester:si non meo casu:cui tamen nihil obiici : nisi quod uiuam potest. at illorum certe : quos utiq; immeritos mors acerba damnauit:erepta mihi prius eorundem matre: quæ nondum expleto ætatis undeuicesimo anno duos enixa filios : q̃uis acerbissimis rapta fatis infelix decessit:liberis tamē superstitibus.& quod nefas erat:sed optabat ipsa:me saluo maximos cruciatus præcipiti uia effugit. Hoc ego uel uno malo sic erā afflictus: ut me iā nulla fortuna posset efficere felicem.Nam cum omni uirtute:quæ in fœminas cadit : functa sit:insanabilem attulit marito dolorem:tum ætate tam puellari præsertim meræ comparata.potest & ipsa numerari inter uulnera orbitatis. Mihi filius minor quintum egressus annum:& quæ sequuntur.

Quid est:quod Fabius cũ de enumeratione præcipit:minus apte de accusationibus meminit? Sed nõ sunt singulæ species ꝓsequēdæ:ne sola uideant:quæ forte nũc dixero:cũ accusationes & ex causis : & ex dictis aduersariorũ : & ex quibusdā fortuitis quoq; oriantur. An quia deprauatus est hic locus? Accusationes enim nihil sensum iuuant.Quo igitur modo est corrigendus? An pro accusationibus occasiones forsitan sunt reponendæ? Siquidem occasiones eorum repetendorum:quæ sparsim in oratione sunt dicta:ex uariis causis oriri solent.

Quid est:quod illa affectuũ diuisio a fabio assignata : minus integra: citaq; esse uidetur? Affectus igitur hos concitatos. illos mites atq; compositos esse dixerunt.In altero uehementer cõmotos.In altero lenes. Deniq; hos imperare.illos persuadere. hos ad probationem.illos ad beniuolentiam præualere.An quia est deprauata? Neq; enim magis ad probationem ualent concitati affectus : quæ a græcis παθη uocantur : q̃ mites : quæ ηθη. Quo igitur modo est corrigenda? An non probationem : sed perturbationem sensus exposcit? Forsitan uero etiam duo illa græca nomina παθη atq; ηθη sunt ascribenda : ut legat hoc modo. Affectus igitur hos concitatos παθη.illos mites atq; compositos ηθη esse dixerunt.

Quid est : quod ex illo Fabii dicto de risu nihil integri sensus elici potest? Neq; hoc ab ullo satis explicari puto:licet multi temptauerint : unde risus:qui non solum facto aliquo:dictoue.sed interdum etiam quodā corporis tactu lacessit.præterea nõ ut narratiõe moueri soleat.An qa est deprauatũ? Illa enĩ ut particula nõ solũ nihil sēsum iuuat:sed ita cõfundit: ut ꝑcipi nõ possit.Quo igit modo est corrigēdũ? An illa:ut particula cũ narratione erasa:hi duo ablatiui una ratione forsitan sunt reponēdi? Sic autē legendũ esse quæ subiiciunt apte demõstrāt. Neq; enĩ inquit acute:

tantum ac uenuste.sed stulte.iracunde.timide dicta ac facta ridentur.
Quid est:quod illud Fabii præceptum de ui occasionis in risu cōmouēdo: uariis legitur modis? Occasioni uero & in rebus est tanta uis:ut sæpe ad/iuti ea non indocti modo:sed etiam rustici salse dicāt. & in eo:quis aliqd dicit prior. An quia huius sensus clausula est depriuata? Ac sic quidē cor/rupte legi:manifeste apparet. Sed ne ii quidē mihi hūc locū correxisse ui/dentur:qui hoc modo putant legendū. Et in eo qsquis dixerit prior. Ta/metsi enim cōgrua oratio esse uidet:obscurior tamē est:q̄ ut Fabii elegā/tiæ conueniat. Qua ergo rōne est corrigēdum? An fortassis loco & copu/læ:ut aduerbiū:ac in præpositione expuncta:cū itidē aduerbiū est reponē/dum? Sic enī leget. Vt cū quis dixerit prior. Neq3 nō uideo:sensum etiā ītegrū haberi posse:si legatur. Vt in eo qui aliquid dixerit prior. Exponit enim Fabius quo modo in occasione & in rebus magna uis sit.
Quid est:quod Fabius minus ītelligit:cū ostēdit id in falsis narrādis esse festiuissimū:quod adiicit orator? Nā & a Cicerone sic est Fabritii fuga il/la credita. An qa corrupte sic legit? Illud nāq3 participiū credita nihil sen/sui cō ert. Vtrū.n.credita fuerit: an nō credita Fabritii fuga:nihil ad mō/strādū id esse festiuissimū quod adiicit orator:facere uidet. Quo igit mō dicemus esse legēdū? An hoc participiū cōdita penultima producta pro illo credita forsitan est reponēdum? Sic autē esse corrigendū facile pspi/ciet:q totā eā fabulā de Cepasiis fr̄ibus Fabritii aduocatis a Cicerone pro Cluētio cōfictā plegere nō grauabit. tametsi ex eius quoq3 cōclusione id apte colligat. Itaq3 cū callidissime inquit se dicere putaret:cū illa uerba ex ītimo artificio deprōpsisset. Respicite hoīum fortunas. Respicite dubios uariosq3 casus. respicite. C. Fabritii senectutē:cum hoc respicite ornādæ orationis causa sæpe dixisset:respexit ipse. At. C. Fabritius a subselliis de/misso capite discesserat. Hic iudices ridere. Stomachari atq3 acerbe ferre patronus:causam sibi eripi:& se cætera de illo loco respicite iudices non posse dicere. Nec quicq̄ prius est factum:q̄ ut illum persequeretur: & col lo optorto ad subsellia reduceret:ut reliqua posset perorare.
Quid est:qđ dictū illud Fabii Maximi a Quītiliano descriptū īsulsius esse uidet q̄ ut sit inter ridicula numerādū? In μεταληψιν quoq3 cadit rō di/ctorum:ut Fabius Maximus īcusās Augustæ cōgiariorum quæ amicis dabant exiguitatē:heminariā eē dixit. An qa est deprauatū? Si.n.heminariā lege/rimus:nō mō nō erit ridiculū:sed ne in μεταληψιν qdē cadet hoc dictū. Quo igit modo est corrigēdum? An loco Augustæ forsitā Augusti itidē genitiuus est reponēdus: & m.littera de fine erasa heminaria legēdum? Vt enim a congio mēsuræ genere congiariū deducitur:sic ab hemina itē mēsura heminariū eadē figura declinatur. Hoc uero ignorātes illius di/uini operis corruptores & Augusti genitiuum in Augustæ: & hemina/ria in heminariam:ut inter se conuenirent:temerarie nimium:ne dicam

ſtolide peruerterunt:cum Fabius præſertim dictũ ipſum exponens ſubii ciat. Nam congiarium commune liberalitatis atq; menſuræ: a menſura ducta ĩminutione rerum. Hæc uero Fabii expoſitio cum & ipſa ſit depra uata: nihil mirandũ eſt: ſi ab iſtis arrogãtibus nõ fuit percepta. Nullũ enĩ perfectum continet ſenſum. Sic autem emendari poſſe uidetur: ut cum particula: ac ſit uerbum aſcribãtur: & ĩminutio legatur pro ĩminutione: ac eſt uerbum reponatur: hoc modo. Nam cum congiarium commune ſit liberalitatis atq; menſuræ: a menſura ducta ĩminutio eſt rerum. Expo nit enim Fabius quo modo per μεταληψιν: illud fuerit dictum. Nam με ταληψισ eſt: ut Diomedes grãmaticus deſcribit: per tranſlationẽ dictio num proprietatis dilatio, uel dictio gradatim a nomine ad propriã ſigni ficationem deſcendens, ut Speluncis abdidit atris. Ex atris enim nigræ in telliguntur. ex nigris tenebras habẽtes: ac per hoc in præceps profundæ. Fabius igitur Maximus ſcite uidetur per μεταληψιν: non congiaria: ſed heminaria uocaſſe, quæ amicis ab Auguſto donabantur: ex paruitate mẽ ſuræ munerum exiguitatem ſignificans. Nam hæmina congio minor menſura fuiſſe uidetur.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptum minus ſcitum atq; elegans eſſe uide tur? Acriora igitur ſunt & elegantiora quæ trahũtur ex ui rerũ. In his ma xime ualet ſimilitudo: ſi tamẽ ad aliquid inferius leuiuſq; referatur: quæ iam ueteres illi iocabant: qui Lẽtulum Spintherẽ & Scipionẽ Syriationẽ eſſe dixerunt. An quia eſt deprauatum? Illũ enim quæ accuſatiuũ ſenſus aſpernatur. Qua uero ablatiuũ maxime agnoſcit: ut legatur. Qua iam ue teres illi iocabantur. Syriationem præterea cuiuſq̃ nomen eſſe: cui Scipio ſimilis fuerit: nuſquã memini me legiſſe. Serapionem uero fuiſſe uocita tum ſcribit Valerius Maximus in capite de ſimilitudine formæ. Eximiæ uero ĩquit nobilitatis adoleſcens Cor. Scipio: cum plurimis & clariſſimis familiæ ſuæ cognominibus abũdaret: in ſeruilem Serapionis appellatio nem uulgi ſermone impactus eſt: quod huiuſce nominis uictimario pq̃ ſimilis erat. Lentulus autem: ut idem ſcribit Valerius: ex quodam aſſecla rum cognomen traxit Spintheris.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptũ obſcurius eſt q̃ ut facile percipi poſſit? Adhibetur autẽ ſimilitudo ĩterim palã, interim ſerio ſolet parabolæ. An qa eſt deprauatũ? Palã.n. atq; ſerio ita ſunt diſparata: ut nullã inter ſe ha beãt relationẽ: quã illud aduerbiũ interim expoſcit. Quo igit̃ mõ eſt cor rigẽdũ? An illud aduerbiũ ſerio forſitã eſt eradẽdũ: ut eius loco hoc uerbũ ĩſeri totidẽ ſyllabarũ ualeat repõi? Sẽſus.n. & ĩteger & aptus fuerit: ſi hoc mõ legat̃. Adhibet̃ aũt ſimilitudo ĩteri palã, interĩ ĩſeri ſolet parabolæ.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptũ ex Cicerone ſũptũ minus integrũ eſſe uidet̃? An nõ pluria dicunt̃: quæ refert Cicero de hoĩe prælõgo caput eũ

ad forni cem Fabium offendiſſe. An quia eſt deprauatum? Nullus enim integer ſenſus ex eo elici poteſt. Illud etiam quæ relatiuum magis cõfundit q̄ iuuet ſenſum. Quid ergo? Qua ratione dicemus corrigendum? An hæ duæ dictiones græce καθυπερβολην librarioꝝ imperitia prætermiſſæ forſi tan ſunt reponédæ: & l. liquida aſcripta quale loco illius quæ: & Fabianum eſt legendum? Ná & integer & perſpicuus fuerit ſenſus: ſi hoc modo legatur. An non plurima καθυπερβολην dicũtur: quale refert Cicero de homine prælongo caput eum ad fornicem Fabianum offendiſſe. Hoc uero modo eſſe corrigendum ex ſecundo de oratore libro facile colligi poteſt. Nam Cicero hunc eundem exponens locum ſic ſcribit. Etiam illa quæ minuendi aut augendi cauſa dicuntur: incredibilem admirationem afferunt: uelut tu Craſſe in concione ita tibi ipſum magnum uideri Memiũ: ut in forum deſcendens caput ad fornicé Fabii demitteret. Hæc ego Cicerõis uerba ſecutus exiſtĩaui illa duo uerba græca καθυπερβολην eſſe reponenda. Hac enim & incrementum & decrementũ ſignificatur. græca autem uerba facilius a librariis prætemittunť. Fornix auté Fabianus: ut Pedianus ſcribit: arcus fuit iuxta regiá in ſacra uia a Fabio cenſore cõſtructus: qui deuictis Alobrogibus Alobrox fuit cognominatus.

Quid eſt: quod dictum illud galbæ: quo Fabius oſtendit: quomodo mendacium interim mendacio eludatur: & uarie legitur & difficulter admodũ percipi poteſt? Mendacium quoq; mendacio: ut galba dicente: quadá uictoria eſſe uno in Sicilia quinque pedes longam Murænam emiſſe: nihil inquit mirum. Ná ibi tam longæ naſcũtur: ut his piſcatores pro reſtibus cingantur. An quia eſt deprauatum? Tametſi enim quidam ſe hunc locum correxiſſe putantes unius litteræ ĩmutatione hunc ablatiuũ aſſe pro illo infinito eſſe repoſuerunt: tamen ne una quidem méda ea ratione mihi ſublata eſſe uidetur. Neq; enĩ rectius aſſe q̄ eſſe legiť: cũ ſenſus utrunq; aſpernetur. Quid? Duo illi ablatiui quadam uictoria nonne penitus ſuperuacui a ſenſuq; alieni eſſe uidentur? Quo igitur pacto eſt corrigendum? Mihi quidem ſuper hoc diu ac ſæpe cogitanti recta tandem: ni fallor: lectio occurrit. Quodam enim pro quadá & pro uictoria hic ablatiuus uictoriato reponendus: & ex illo eſſe infinito prima ſyllaba forſitan eſt eradenda. ut uel refragantibus omnibus: quæcunq; mihi perlegere cõtigit: exéplaribus hoc modo legatur. ut galba dicente quodam uictoriato ſe uno in Sicilia quinque pedes longam murænam emiſſe. Nihil inquit mirum. Nam ibi tam longæ naſcuntur ut his piſcatores pro reſtibus cingantur. Eſt autem uictoriatus ut ex Plynii uerbis colligitur: nũmus cum uictoriæ ſigno percuſſus.

Quid eſt: quod illud Fabii dictum de aduocatis altercationem fugiétibus: obſcurius eſt q̄ ut percipi poſſit? At quidá litigatoribus uſi illum modo

ambitiosum declamandi sudorem præstitisse contenti: cum turba laudátium destituunt subsellia: pugnamq́ illam decertoriam imperitis ac sæpe pullatæ turbæ relinquunt. An quia est deprauatum? Id uero facile ex eo perspicitur quod duobus legitur modis. Quidam enim loco illius usi uix aduerbium reponentes hunc locum se correxisse putāt. Quod quidé an sint assecuti doctorum sit iudicium. Mihi certe illud uix sensui repugnare uidetur. Qua ergo ratione emendetur? An pro illo participio usi hic datiuus suis forsitan est reponédus? Apertus nanq́ habebitur sensus si hoc modo legatur. At quidá litigatoribus suis illū modo ambitiosum declamādi sudoré præstitisse cōtéti cū turba laudátiū destituūt subsellia.

Quid est: quod ille quoq́ locus qui superiori subiicitur: uariis legitur modis? Itaq́ uidens alios plerunq́ insidiis priuatis ad actiones uocari, alios ad probationé. An quia est deprauatus. Nullus enim est in hoc sensu insidiis locus. Sed ne subselliis quidem pro insidiis recte in quibusdá legitur exemplaribus. Nam fori subsellia q̄uis minoribus attribuantur magistratibus: ut tribunalia maioribus: priuata tamé nō fuerūt: sed publica. Quo uero modo alii ad actiones aduocati, alii ad probationé adhiberi possint: cum actiones probationem quoq́ cōplectantur? Qua igitur ratione est corrigendus? An uel reluctātibus: quæcunq́ ego legerim exemplaribus pro insidiis hic ablatiuus iudiciis haud dissimilis forsitan est reponédus: & nō actiones sed altercationes legendum? Ac iudiciis quidé pro illis uel insidiis uel subselliis esse reponendum aperte quæ a Fabio ipso subiiciūtur: ostendunt. Cum enim duo sint genera iudiciorū publicum & priuatū: utriusq́ Fabius meminit. In publicis certe iudiciis inquit: uox illa præconis præter patronos ipsum qui egerit citat. Altercationes uero ita sensus exposcit: ut actiones penitus aspernetur.

Quid est: quod illud Fabii de altercatione præceptum: q̄uis apertum uideatur: acutius tamen intuenti plene nō percipitur? Quare bonus altercator uitio iracundiæ careat. Nullus enim actioni magis obstat affectus & fere extra causam: & plerunq́ deformia cōuicia facere ac mereri cogit. An q̄a mendo non uacat? Illud enim fere aduerbium potius confundit sensum q̄ iuuet. Quid igitur loco illius reponendū dicemus? An fert uerbū haud dissimile ac totidé lrārū ita p̄ficit sensū: ut illud fere aduerbiū confundit? Iracūdia nāq́ oratoré fert extra causā: & a p̄posito sæpenumero deducit.

Quid est: quod illud Fabii de cōsilio præceptū minus rectū esse uidetur? Nā quid dicendū, quid tacendum, quid diffidédum sit exigere cōsilii est. An quia est deprauatum? Illud enim diffidendū neq́ sensui neq́ loquédi cōgruit rationi. Nō enim quid diffidendū: sed cui latine dicitur. Quo igit̃ modo est legendum? An unius litteræ ĩmutatione diffitendum forsitan est reponendum? Nam diffiteri est negare ac non fateri id quod maxime sensui congruit. Negare enim ac diffiteri nō nulla: causæ expedit.

Quid est: quod illud Fabii de dispositione præceptũ in septimo libro minus uerũ esse uidetur? Deniq; in accusatione ut uacuũ se uterq; defendat: priusq̃ aduersariũ arguat: oĩum rerũ necesse est ordinẽ esse diuersum. An quia ut alibi quoq; disputauimus: est deprauatum? Quo nanq; modo in accusatiõe rerũ oĩum ordinẽ esse diuersum necesse est: ut uacuũ se uterq; defendat priusq̃ aduersariũ arguat? Profecto hoc nõ esse necessariũ uidetur: cũ defensor accusatoris ordinẽ in respõdẽdo sequi interdũ pulcherrime possit. Quo igitur modo est corrigendum? An mutua adiectiuũ: ut in illis disputationibus nostris: quæ circũferũtur: diximus: uel refragãtibus exẽplaribus forsitan est reponẽdum? Nã in mutua accusatione quæ αντικατηγορια græce dicitur necesse est ordinẽ rerũ omniũ esse diuersum. Sic uero esse corrigendum: quæ de mutua accusatione paulo post a Fabio præcipiuntur: apertissimo sunt argumento. Quo in genere inquit semper prior debebit esse defensio. primum quia natura potior est salus nostra q̃ aduersarii pernicies. Deinde quod plus habebimus in accusatione auctoritatis: si prius de innocentia nostra constiterit. postremo quod ita duplex causa erit: & quæ sequuntur.

Quid est: quod illa Fabii admonitio minus uera esse uidetur? hoc mõ cogitabã. quid primũ petitor diceret. Id aut confessum erat aut cõtrouersum. Si nõ cõfessum poterat ibi esse quæstio. Trãsibã ergo ad respõsum partis alterius. Idẽ intuebar. nõnunq̃ etiã quod ide obtinebat cõfessum erat. An quia est deprauata? Quo nãq; modo si nõ erat cõfessum id quod petitor diceret: oportebat trãsire id quod Fabius subiũgit: ad respõsum alterius partis? Profecto ibi statim est quæstio: ubi aliqd aut cõtrouersum est. aut nõ cõfessum. Qua ergo rõne corrigat hoc præceptũ? An illud nõ negandi aduerbiũ ante hoc uerbũ poterat est collocandum? Siquidẽ uerus atq; elegans fuerit sensus: si hoc modo legatur. si confessum non poterat ibi esse quæstio. Vbi enim quid est confessum ibi controuersia esse non potest: cum quæstionis altera pars utriq; litigatorũ semper tuenda sit.

Quid est. qd illud Fabii pceptũ cõtraria ĩter se cõtinere uidet? Anteactæ uitæ crĩa plerũq; prĩa ĩpugnãda sũt: ut id de quo laturus ẽ sñiam iudex audire ꝓpicius ĩcipiat. An qa ẽ deprauatũ? Cũ. n. locos describat: qbus patroni ꝑ reis utunt: quõ iudex ꝓpicius id audiat de quo laturus est sñiam: si anteactæ uitæ crĩa fuerit ĩpugnata. Quo igit mõ est corrigẽdũ? An nõ ipugnãda sed purgãda forsitã est legendũ? Tũc. n. iudex ꝓpicius id audiet de quo ferenda est sententia: si anteactæ uitæ crimina purgata excusataq; ac refutata fuerint. Tum nanq; purgantur crimina: cum diluuntur.

Quid est: quod illud Fabii de dispositione præceptum confusius uidetur? Contra nemo tam demens fuerit: ut cum id quod firmissimum duxerit se habere & remittat illud: & leuiora transcendat. An quia est deprauatum? Neque enim ullus integer elicitur sensus: & oratio rustica:

ac minus latina esse uidetur. Qua ergo rōne corrigatur? An ille coniunctiones cum & atq; hoc pronomē illud: ut quæ incōcinnā reddūt orationem: forsitan expungi debēt. ad uero præpositio ascribi? Etenim nō oratio solum elegans concinnaq; uidebitur. sed sensus quoq; & integer & pspicuus erit: si hoc modo legatur. Contra nemo tam demens fuerit: ut id quod firmissimum duxerit se habere: remittat & ad leuiora transcēdat.

Quid est: quod illa exempla de priscoꝝ declamationibus a Fabio descripta obscuriora sunt q̄ ut facile percipi possint? Huic in schola simile est. Non abdicabis adoptatū: ut hunc quoq; nō uirū forté. Vt & forté nō quicunq; uoluntati eius non paruerit. ut in alia oīa subiectus sit. nō propter opinionem. nō ꝑpter talē opinionē. An quia sunt deprauata? Ac primū quidem membrum recte legi uidetur. Secundū uero tertium & quartum corrupte? Qua ergo ratione emendari possint? An in secundo illa ut coniunctio de primo in tertium locum forsitan est transferenda: ac illa & copula in hoc aduerbium nō cōmutanda ac loco illius genitiui eius hic datiuus tuæ est reponēdus? Sic. n. leget. Nō forté ut nō q̄cunq; uoluntati tuæ paruerit. Tertio autē mēbro nisi hæ sex dictiones ascribantur. Nō qui nō paruerit. non qui. neq; sensus integer habebitur. neq; figura: qua utitur Fabius custodietur. Cum enim hæ quæstiones per gradationem explicentur: ultima prioris membri uerba in principio sequentis repetantur necesse est. Quare ut eadē figura seruetur: mihi quas dixi: dictiones: q̄uis exemplaria refragentur: ascribendæ uidentur: ut hoc modo legatur. Non qui nō paruerit: ut nō in alia oīa subiectus sit. In quarto mēbro sola ut cōiunctio desideraẗ: ut legaẗ. Nō ꝑpter opinionē ut nō ꝑpter talē opinionē.

Quid est: quod illud Fabii præceptum acutius intuenti minus integrū esse uidetur? Solebā id quod fieri in argumentis dixi: in tota facere materia propositis extra quæ nihil esset omnibus. Deinde cæteris remotis solū id superesse quod credi uolebā. An quia est deprauatū: q̄uis plerisq; nō uideatur? Nā ille infinitus superesse ad quod referatur uerbū nō habet: nisi qs forte ex cōmodo suo ad illud facere putet referendū: quo quidē modo & inepta & rustica foret oratio. Qua ergo ratione corrigatur? An hec cōiūctio ut reponēda: & t. littera ascripta superesset forsitā est legendū? Nā & oratio cōcīna & sensus erit apertus: si hoc modo legatur. Solebā id quod fieri in argumētis dixi: in tota facere materia: ut propositis extra quæ nihil esset omnibus: deinde cæteris remotis solum id superesset: quod credi uolebam.

Quid est: quod Fabius minus eleganti uerborū cōtextu in illo sensu explicando uti uidetur? Sed pleriq; eloquētiæ famam affectantes cōtenti sunt locis speciosis modo uel nihil ad probationē conferentibus. Alii nihil uitare ac quæ in oculos occurrunt exquirendo putant. An quia hic quoq;

locus non nihil corruptionis contraxit? Ac ne id quod nemo non uidet: admoneam: pro exquirendo legendũ eſſe exquirenda: ille infinitus uitare: cui adhereat uerbũ nõ habet. Quo igitur modo corrigatur? An non uitare: ſed aut uitant aut uitantes forſitan eſt legẽdum? Sic enim & oratio cõgrua & ſenſus erit perſpicuus: ſi hoc modo legatur. Alii nihil uitãt. Quo quidẽ modo nihil aliud eſt ĩmutandũ. Sin uitãtes: quod quidẽ mihi magis placet: hæc copula ac in ea pronomem uidetur cõmutanda: hoc modo. Alii nihil uitantes ea quæ in oculos occurrunt: exquirẽda putant.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptũ obſcurius eſſe uidetur? Hanc cõmunẽ oĩum legẽ leuiter adornabit: ut iuſtã nempe ſequat̃: ut quæramus: quid huic tam iuſtæ poſtulationi reſpõderi poſſit. An quia arrogantis alicuius imperitia fuit deprauatum? Senſus enim natura diſtincti ita ſunt confuſi: ut nequaq̃ percipi poſſint. Quo igitur modo corrigatur? An ita forſitan eſt diſtinguendũ: ut illud nempe ſenſus initium: non clauſula conſtituatur. & a. uocali in e. cõuerſa. ſequet̃ legendũ: ac loco illius at cõiunctionis ut itidem coniunctio forſitan eſt reponẽda? Nã ſenſus & perſpicuus & elegans erit: ſi hoc modo legatur. Nempe ſequetur ut quæramus: quid tam æque poſtulationi reſponderi poſſit.

Quid eſt: quod illud exemplum de priſca declamatione a Fabio ſumptũ: nõ temere qui percipiat inuenitur? Facimus hoc ſæpe in his controuerſiis in quibus petuntur in uincula: qui parentes ſuos non alunt: ut eũ qui teſtimoniũ in filiũ peregrinãtis reum dixit. Eum qui filiũ lenoni uẽdidit. An quia eſt deprauatum? Quid. n. ſibi uult illud participium peregrinantis? Profecto a ſenſu penitus repelli uidet̃. Quo igitur modo eſt corrigendũ? An loco illius peregrinantis ut minimũ a dictionum ſimilitudine recedamus: peregrinitatis itidem genitiuus ac ut aduerbio eraſo: hæc cõiunctio an iterũ eſt reponenda? Sic enĩ legetur. An eũ qui teſtimoniũ in filiũ peregrinitatis reũ dixit. An eũ qui filiũ lenoni uendidit. Illi autẽ peregrinitatis rei dicebant̃: qui cũ ſe pro ciuibus gererent: quod peregrini eſſent. accuſabant̃. Nec diffiteor me & profeſſum eſſe: & in annotatiõibus noſtris ſcripſiſſe impietatis forſitan eſſe legendum. Sed longe nimium a dictionũ ſimilitudine mihi uideor receſſiſſe.

Quid eſt: quod illud Fabii dictum obſcurius eſt: q̃ ut eius candori cõueniat? Vix uidetur poſſe fieri: ut pœna filio in eodem patre: & ſi affuerit & ſi nõ affuerit: conſtituta ſit. An quia eſt deprauatum. Illa nanq; præpoſitio in cũ illis ablatiuis eodẽ patre: nihil ſenſum iuuare uidet̃. Qua ergo rõne corrigatur? An illa in præpoſitio forſitan eſt eradenda: & eadem pro eodem: & patri pro patre legendum? Senſus enim apertus erit: ſi legatur hoc modo. Vix uidetur fieri poſſe ut pœna filio eadem: patri & ſi affuerit & ſi non affuerit conſtituta ſit.

Quid est: quod ex illo Fabii præcepto nihil ĩtegri sensus elici potest? Quæritur per cõiecturam & qualitatem circa modum. speciem. numerũ. An quia est deprauatum? Quid enĩ quæratur nihil apparet. Quo igitur modo corrigatur? An uel refragãtibus exẽplaribus pro illo accusatiuo qualitatem: forsitan qualitas est reponenda? Per coniecturam enim quæstio etiam qualitatis tractatur circa modum. spẽm & numerum. Qualitatẽ uero Fabius pro omni accidẽti accipere uidetur. quo quidem modo quãtitatem quoq; complectitur. id quod aperte quæ subiiciuntur exempla declarant. An sol inquit maior q̃ terra. Luna globosa an plana. an acuta. Vnus mundus. an plures & quæ sequuntur.

Quid est: quod illud Fabii præceptum minus integrum esse uidetur? Cum pariter negatur hoc modo. Adulteriũ non commisi. tyrannidem non affectaui. An quia est deprauatum? Quid enĩ pariter negetur: non est ascriptum. Qua ergo ratione corrigatur? An utrunq; est reponendum? Singulis enim membris assignatæ paulo ante diuisionis coniecturæ exempla Fabius subdit. Sic autem esse legẽdum facile ex iis quæ paulo ante Fabius ipse præcepit: colligi potest. Ita nanq; scribit. In iis autẽ quæ accusatione ac defensione cõstant: unum est genus in quo quæritur & de facto & de auctore. quod interim coniunctam quæstionem habet: & utrunq; pariter negatur. Interim separatam: cum & factum sit nec ne: & si de facto constat: a quo factum sit ambigitur.

Quid est: quod illud Fabii præceptum obscurius est: q̃ ut recte percipi possit? Nam ut cum inter id quod ab aduersario: & id quod a nobis propositum est quæritur: uidetur utiq; alterũ uerũ. ita ex euerso: quo defendimur: reliquum est quo premimur. An quia est deprauatum? Nihil enĩ integri sensus elici potest. Qua ergo ratione emendetur? An: ne admoneam pro euerso legendum esse aduerso: hoc nomen unum ac est uerbum sunt reponẽda? Apertus nanq; erit sensus: si hoc modo legatur. Ita ex aduerso unũ est quo defendimur. reliquũ quo premimur.

Quid est: quod Fabius: cum exponit ex re quæri ueneficium fuerit an cruditas: ineptius præcipere uidetur? Refert enim cõuiuium præcesserit an tristicia. laborantium uigilia. an quies. ætas quoq; eius qui perierit discrimẽ facit. An quia hic quoq; locus est deprauatus? Neq; enim illud participium laborantiũ: aut sensum iuuat: aut orationem exornat. Miror autem ab iis qui laborantium hactenus putarunt esse legẽdum. hoc quoq; participium dormientium non fuisse ascriptũ. Neq; enim minus inepte laborantium uigilia q̃ dormientium quies dici uidetur. Quo igitur modo est corrigendum? An una duntaxat uocalis ita est reponenda. ut illud participium laborantium: q̃uis exẽplaria refragentur: in has tres dictiunculas labor an otium distinguatur? Sic enim si legatur: & Fabii candor

cuſtoditur:& concinne ſingula ſingulis oppoſita redduntur.

Quid eſt:quod illud Fabii dictum obtuſius intuenti apertum. acutius uero
ſane,q̄ confuſum uidetur? Manifeſtum eſt quis potionem dederit:quæ ſi
ueneni fuit:nulla quæſtio eſt de auctore:tamen an fuerit uenenum ex ar/
gumentis a perſona ductis colligetur. An quia imperiti alicuius arrogā
tia eſt deprauatum? Nam illa quatuor uerba.quæ ſi ueneni fuit: non mo/
do ſenſum non iuuare:uerum magno quoqꝫ eſſe impedimento uidetur:
ne integer percipiatur.Quid enim ad hoc facit:ut nulla quæſtio ſit de au/
ctore:ſi illa potio ueneni fuit? Profecto nihil.Siue enim uenenoſa fuit po
tio:ſiue non:de auctore proculdubio conſtat. Qua igitur ratione emen/
detur? An quatuor illa uerba quæ dixi:ut ſuperuacua penitus ſunt eradē
da? Sic enim legentes nihil abſurdi cōſequetur.Manifeſtum eſt:quis po/
tionem dederit.nulla quæſtio de auctore:tamē an fuerit uenenum ex ar/
gumentis a perſona ductis colligetur.

Quid eſt : quod illud Fabii præceptū περι αντικατηγοριασ obſcurius eſt:
q̄ ut facile percipi poſſit? Sed in iudicio quoqꝫ nihil intereſt actionū : utrū
ſimul de utroqꝫ pronuncietur. an etiam ſi de uno fertur. Quo in genere
ſemper prior debebit eſſe defenſio. An quia eſt deprauatum? Ille enī duæ
cōiunctiones etiā ſi totū cōfundūt ſenſum.Quo igitur modo eſt corrigē
dum? An ſententia illis cōiūctionibus etiā ſi eraſis:forſitan eſt aſcribēda?
& a uocali repoſita feratur legendum? Omnis nanqꝫ tolletur obſcuritas
ſi hoc modo legatur.An ſententia de uno feratur.

Quid eſt:quod illa Fabii expoſitio minus integra eſſe uidetur? Nam qui di/
cit.ego non occidi.habet reliquam partem:ut dicat. tu occidiſti. ſuperua/
cuum habet poſtea dicere. ego non occidi.An quia librariorum incuria
aliquid eſt prætermiſſum? Qui enim habeat ſuperuacuum : poſtea di/
cere nullus eſt appoſitus. Qua ergo ratione emendetur? An hæc quinqꝫ
uerba.At qui dicit tu occidiſti:forſitan ſunt reponenda : q̄uis exemplaria
refragentur? Idem autem uerbum ſæpius repetitum in cauſa huius de/
prauationis fuiſſe uidetur.Cum enim ſic a Fabio fuerit ſcriptum. Nā qui
dicit.Ego nō occidi:habet reliquam partem ut dicat. Tu occidiſti. At qui
dicit:Tu occidiſti.ſuperuacuū habet poſtea dicere.Ego non occidi: libra/
rii minus diligētes illius uerbi occidiſti repetitione turbati:illas quinque
dictiones quas dixi:prætermiſiſſe uidentur.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptū iis quæ ſubiiciuntur : exēplis nequaq̄
cōuenire uidetur? Eſt & alia duplex cōiectura huic anticategoriæ diuerſa
de præmiis:ut in illa controuerſia. Tyrānus ſuſpicatus a medico ſuo datū
ſibi uenenū:torſit eū.& cū id dediſſe ſe negaret:accerſit alterum medicū.
ille datum ei uenenum dixit : ſed antidotum daturum. & dedit ei potio/
nem : qua epota tyrannus deceſſit. de præmio duo medici contendunt.

An quia est deprauatum? Illa enim duplex coniectura non diuersa: sed si millima anticategoricæ uidetur. Id uero facile ex iis quæ a Fabio inferuntur colligi potest. Nam ut illic inquit factum in aduersariũ transferentiũ: ita hic sibi uindicantiũ personæ. causæ. facultates. tempora. instrumenta. testimonia cõparant. Qua ergo ratione est corigendum? An hoc aduerbium non: & loco illius coniunctionis sed. hoc pronomen se forsitan est reponendum? Si enim non diuersa legetur: inter se contraria Fabius tradidisse nequaq̃ coarguetur.

Quid est: quod illud Fabii præceptũ cũ exemplis quæ subiiciunt obscurius est: q̃ ut temere a quoq̃ percipiatur? Alia est propositio accusatoris cõtra quã loci oriuntur sæpe a persona prior dicit argumenta defensor. & interim generaliter. Incredibile est a filio uirũ occisum. Ab ĩperatore proditam hostibus patriam. An quia est deprauatum? Nam ille sensus. Prior dicit argumenta defensor. de margine in contextũ uidetur esse trãslatus. Quo igitur modo est corrigendum? An quatuor illa uerba forsitan sunt eradẽda? Prior dicit argumenta defensor. Sed ne sic quidem mendæ oẽs sublatæ esse uidentnr. Tria enim hæc uerba: quæ a sensu desiderantur: forsitan sunt ascribenda. Patrem ab uxore. ut legatur. Contra quam loci oriuntur sæpe a persona. & interim generaliter. Incredibile est a filio patrem occisum. ab uxore uirum. Ab imperatore proditam hostibus patriam. Sic enim sensus perq̃ aperti erunt.

Quid est: quod illud Fabii præceptũ ineptius uidetur? At si: proponitur cur factum sit: aut falsam causam aut leuẽ. aut ignotã pro reo dicet. An quia est deprauatum? Neq; enim a Fabio: sed ab eorũ aliquo qui ex cõmodo suo omnia in exẽplaribus priscis: nulla cur id faciant reddita ratione: sibi permittũt: illã præpositionẽ pro cõtenderim fuisse ascriptã. Quis enĩ patronus nõ pro reo dicit: cũ etiã qui præuaricant: se pro reo dicere simulent? Quo igitur modo est corrigendum? An illa pro præpositio: ut integritatẽ sensus confundens penitus est eradenda? Causis enim sic quoq; respõdere solemns: ut dicamus eas reo fuisse ignotas: cũ nemo ad aliquid faciendum ea causa moueatur: quam prorsus ignorat.

Quid est: quod illa Fabii ratio: qua mõstratur magis secundũ naturam esse ĩcipere a persona: q̃ a causa minus apta uidetur? Sed si mihi neutro litis ratio præponderet: secundũ naturam uidetur incipere a persona. Nam hoc magis generale est rectiorq; diuisio. Aut nullum credibile. aut hoc. An qa est deprauata? q̃uis parũ acute intuẽti nõ uideat. Quid enim ad personã: si: aut nullum crimen credibile: aut hoc. Profecto nihil. Qua igitur rõne emendetur? An uel refragantibus exemplaribus nullo & hoc ablatiui cũ hac præpositione in. pro illis nominatiuis nullum: & hoc ita sunt forsitã reponendi: ut hoc quoq; pronomen id librariorum negligentia præter-

miſſum aſcribatur. Ad perſonã enĩ hæc diuiſio aperte referet̃: ſi hoc mo-
do legatur. Aut in nullo id crimen eſt credibile: aut in hoc.
Quid eſt: quod illud Fabii præceptũ minus uerũ eẽ uidetur? Sed uerba ma
gis nocent aut minus. Magis proſunt noſtra q̃ aliena. magis ꝓſunt & mi-
nus nocent aliena q̃ noſtra. An quia eſt deprauatum? Sine controuerſia
nanq; falſum eſt: noſtra uerba magis prodeſſe nobis q̃ aliena: id quod ap-
te Fabius ipſe præcipit: cum inquit. Magis proſunt & minus nocent alie-
na q̃ noſtra. Quo igitur modo corrigatur? An tria hæc uerba: nocent &
minus: q̃uis nullo: quod ſciam: in exemplari legantur: forſitan ſunt repo-
nenda? Ita nanq; & perſpicuus fuerit ſenſus: nec pugnantia inter ſe Fabi-
us præcipere deprehendetur: ſi hoc modo legatur. Sed uerba magis no-
cent aut minus. Magis nocẽt & minus proſunt noſtra q̃ aliena. magis ꝓ-
ſunt & minus nocent aliena q̃ noſtra. Nec ignoro in quibuſdam exẽpla-
ribus aliter quoq; hunc locum fuiſſe deprauatum: & ita quidem ut oĩno
falſa præcepiſſe Fabius coarguatur.
Quid eſt: quod illud Fabii præceptum: quo monſtratur: quẽadmodum a
qualitate ad finitionem deſcendatur: minus integrum eſſe uidetur? In-
terim a qualitate ad finitionem deſcenditur: ut in actionibus dementiæ
male tractationis. reipu. læſæ: in quibus ſi recte facta quæ obiiciuntur di-
ci non poteſt: illud ſuccurrit. Non eſt male tractare remp. uerbis lædere.
An quia eſt depruatum? Cum enim Fabius oſtendere uelit quid in cau-
ſis dementiæ. malæ tractationis. læſæ reipu. dicendum ſit: ſi quæ obiiciun
tur defendi non poſſunt: ſingula ſingulis reſponſa ſubiecit: quorum unũ
duntaxat in omnibus: quæcunq; mihi uidere licuit: exemplaribus inte-
grum habetur: tametſi diſtinctionibus ſublatis id quoq; eſt confuſum.
Qua ergo ratione emendetur? An tria hæc uerba. hoc dementẽ eſſe: re-
ponenda: ac ille ablatiuus uerbis: ĩperiti alicuius temeritate aſcriptus for-
ſitan eſt eradendus? Singula nanq; ſingulis cauſis paulo ante expoſitis re-
ferentur: ſi hoc pacto legatur. Non eſt hoc dementem eſſe. male tractare.
rempu. ledere. Sunt autẽ hæc themata declamatoria ſane q̃ uulgata. De-
mentiæ nanq; patres a filiis accuſari finguntur. Malæ tractationis uiri ab
uxoribus. Læſæ reipu. imperatores a ciuibus.
Quid eſt: quod illa finitionis diuiſio a Fabio aſſignata obſcurior eſt q̃ ut ꝑci
pi poſſit? Nam tum eſt certum de nomine. Sed quæritur: quæ res ei ſubii
cienda ſit: tum res eſt manifeſta & quod nomine conſtat de re dubiũ eſt.
An quia eſt deprauata? Vltimum nanq; membrum ita eſt confuſum: ut
nullus omnino ſenſus eliciatur. Quo igitur modo in priſtinam integri-
tatem redigatur? An loco illius & copulæ: hæc itidem coniunctio ſed: ac
illius relatiui quod hæc præpoſitio de reponenda: ac non negandi aduer-
bium forſitan eſt aſcribẽdum? Perſpicuus nanq; fuerit ſenſus: ſi hoc mo-

do legatur. Tum res est manifesta. sed de nomine non constat. Hic autem est distinguendum: ne sensus natura disiuncti inepte copulentur.

Quid est: quod illud Fabii de finitione præceptum uariis legitur modis? Licet enim ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum: qui responsurus est: uel carcere uel etiam inuitum id quod sit contra cogat fateri: non eadem tamen est eius in causis subtilitas. An quia est deprauatum? Quidam enim hunc locum ita in exemplaribus Romæ descriptis inuerterunt: ut & ipsi ridiculi uideantur: & sensus obscurior efficiatur. Nam illum carcere ablatiuum in crucem: & inuictũ in uncum sibi persuaserunt esse immutandum. Sed quid ad hũc sensum boni uiri crux & uncus? Nempe id quod ueneri donatæ a uirgine puppe. Mihi certe & risum & stomachum mouent. Ceterum isti & cruces & uncos & carcerem sibi habeant. Nos ad hunc corrigendum reuertamur locum. Sed qua ratione in tanta uerborum uarietate emendetur? An uel reluctantibus & exemplaribus & istis correctoribus: qui potius corruptores appellandi forent: hæc copula & ascribenda: & duæ illæ dictiones carcere & subtilitas in simillima uerba sunt immutandæ? Pro carcere nanque hic infinitus tacere: & utilitas non subtilitas a sensus integritate exiguntur: ut hoc modo legatur. Licet enim ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum qui responsurus est: & uel tacere: uel etiam inuitum id quod sit contra: cogat fateri: non eadem tamen est eius in causis utilitas. Sic nanq; citra crucem & uncum & perspicuus est sensus: & quanta uis finitionis sit in disputando aperte monstratur. Argumenta nanq; a diffinitione sumpta adeo sunt ualida: ut eum qui responsurus est: interim tacere: intetim ei quod negarit: q̃uis inuitus accedere cogatur.

Quid est: quod illa Fabii propositio: nihil ratione quæ illi subiicitur confirmatur? Accusator autem potest dicere falsam rei. Nam est sacrilegium surripere aliquid sacri. An quia est deprauata? Si enim sacrilegium est: ut reus definit. subripere aliquid sacri: quo modo accusator dicere possit falsam rei esse definitionem? Quo igitur modo est corrigenda? An non aduerbium forsitan est ascribendum? Apta nanq; ualidaq; ratio uidebitur: si hoc modo legatur. Accusator non potest dicere falsam rei.

Quid est: quod illa serui & addicti distinctio a Fabio assignata acute intuenti minus integra esse uidetur? Seruus cum manumittitur: fit libertinus. Addictus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non consequetur? Ad seruum nulla lex pertinet. Addictus legem habet. An quia est deprauata: q̃uis hactenus ut integra fuerit lecta? Vnũ enĩ membrum in omnibus: quæcunq; ego legerim: exemplaribus mihi desi

derari uidetur. Cum enim Fabius differentiã inter addictum & seruum exponat sic utrunq; ab altero seiungit: ut quod uni inest: alteri deesse ostẽdat. Si igitur seruus inuito domino libertatem consequi nõ potest: addictus certe etiam nolente domino eam consequetur. Hoc autem uerbũ consequetur repetitum in causa deprauationis fuisse contenderim. Qua ergo ratione emendetur? An hoc totum membrum forsitan est ascribendum? Addictus etiam nolente domino cõsequetur. Siquidem integra distinctio efficietur: si hoc modo legatur. Seruus inuito domino libertatem non consequetur. Addictus etiam nolente domino consequetur.

Quid est: quod illud Fabii præceptum de eo: quod natura iustum est: penitus falsum uidetur? Iustum omne continetur natura uel constitutione. Natura quod fit secundum cuiusque rei dignitatem. Hic sunt pietas. fides. continentia & talia. Adiiciunt & id quod fit peruersum. An quia est deprauatum? Quo nanque modo peruersum: quod natura malum est: iis quæ natura iusta sunt adiiciat quisq̃? Qua igitur ratione corrigatur? An uel reluctantibus omnibus: quæcunque mihi legere contigit: exemplaribus illud peruersum in has duas dictiones par. uerum. ita est cõmutandum: ut uerum sequentis sensus initium constituatur? Sic enim & perspicuus erit sensus: nec rationi contraria Fabius præcipere conuincetur. Hoc enim modo legetur. Adiiciunt & id quod sit par. uerum id nõ temere intuendum est.

Quid est: quod illa ratio: qua Fabius ampliorem esse qualitatem coniectura probat: obscurior est: q̃ ut plene percipi possit? Etiam coniectura extrinsecus quoq; adductas frequenter probationes habet: & argumenta ex materia sumit. Quale quicque uideatur: eloquentia opus est. An quia est deprauata? Illa nanque etiam copula sensibus duntaxat coniungendis: non etiam rationibus assignandis adhiberi solet. Qua ergo ratione emendetur? An ut minimum a dictionum similitudine recedamus: hæc coniunctio etenim: pro illa copula etiam: ac hæc coniunctio ut: cum hoc uerbo sit librariorum culpa prætermissa forsitan est reponenda? Perspicuus nanq; erit sensus: si hoc modo legatur. Etenim coniectura extrinsecus quoq; eductas frequenter probationes habet & argumenta ex materia sumit: ut quale sit quisq; uideatur: eloquentia opus est.

Quid est: quod illa dementiæ iudiciorum diuisio a Fabio assignata minus integra esse uidetur? Dementiæ quoq; iudicia: aut propter id quod adhuc fieri potest: instituuntur. An quia est deprauata? Non solũ enim propter id quod fieri uel nõ fieri potest: demẽtiæ iudicia cõstituunt: sed etiã: & quidem frequentius: propter id quod est factum. Qua ergo rõne emẽdetur? An totum hoc membrũ librariorũ incuria prætermissum forsitã

est reponendum? Aut propter id quod factum est uel non factum. ut hoc modo legatur. Dementiæ quoq; iudicia aut propter id quod factum est: uel non factū. aut propter id quod fieri uel non fieri potest. Sic uero corrigendum esse ea quoq; quæ a Fabio subiiciuntur: aperte demonstrant. Et actor inquit in eo quod factum est: liberum habet impetum. sic tamē ut factum accuset: ipsius patris tanq̄ ualetudine lapsi misereatur.

Quid est: quod illud Fabii de trāslatione præceptum sibiipsi oppositis frōtibus repugnare uidetur? Cum ex præscriptione lis pendet: de ipsa requiri non est necesse. An quia est deprauatum? Quo nanq; modo de præscriptione non quæratur: si ex ipsa præscriptione lis pēdet? Qua igitur ratione est corrigendum? An illud uerbum requiri sic in duo est distinguendum: ut re & quæri legatur? Sic enim & scitum & elegans uidebitur esse præceptum. Huic uero emendationi astipulatur etiam quod infertur exemplum. Si nanq; ignominioso patri filius præscribat: quod se abdicare non possit: nihil de abdicatione quærere est necesse. Sed hoc solū in quæstionem uenit. utrum ignominioso liceat abdicare.

Quid est: quod illud Fabii præceptum superuacuum esse uidetur? Quotiēs tamen poterimus efficiendum est: ut de reo quoq; bene sentiat. An quia est deprauatum? Siquidem patronus semper & ubiq; efficere debet: ut iudex de reo q̄ optimam concipiat opinionem: non solum ubi agitur de præscriptione. Quo igitur modo est corrigendum? An pro reo illa o. uocali erasa re forsitan est legendum? Cum enim ex præscriptione lis pēdet: non solum ut de iure nostro: sed etiam de re iudex bene sentiat: oratori est efficiendum.

Quid est: quod illa Fabii diuisio perceptu difficilior uidetur? Litem habet aut propter seipsam. aut propter alteram quæstionem. An quia est deprauata? Quo nanq; modo litem habeat lex propter alteram quæstionem? Qua igitur ratione emendetur? An quæstionem sic in duas dictiones seiungere debemus. ut quæstio est sequentis sensus initium esse dignoscatur? Nam lex omnis aut propter seipsam. aut propter alteram legem habet quæstionem id quod in contrariis legibus necesse est euenire.

Quid est: quod illa Fabii ratio minus eleganter assignata uidetur? Quia ex hac natus & meretrix est. An quia est deprauata? Aliquid nanq; uerborū in ea manifeste desideratur. Quid ergo dicemus ascribendum? An tria hæc uerba ante q̄ esset: forsitan sunt reponenda? Siquidē & elegans & aptus restituetur sensus: si hoc modo legatur. Quia ex hac natus est ante q̄ meretrix esset. Sic uero esse corrigendum facile ex hac totius causæ expositione colligi potest. Ex meretrice natus ne concionetur. Quæ filium habebat: prostare cœpit. Prohibetur adolescens concione. Nam de eius filio: quæ ante partum meretrix fuit: certum est. An eadem huius causa sit: du

bium est.quia ex hac natus est anteq̃ meretrix esset.

Quid est:quod illa contrariarum legum diuisio a Fabio assignata plene per/cipi non potest?Colliduntur autem aut pares inter se: ut si optio tyran/nicidæ. & uiri fortis comparetur utriq͂ data quod uelit petendi potesta/te.Hic meritorum.temporum.præmii collatio est.Aut secũ ipsæ ut duo/rum fortium.duorum tyrannicidarum. raptarum.in quibus non potest alia quæstio esse q̃ temporis. utra prior sit. an qualitas.utra istorum sit pe titio.An quia est deprauata? Ac primum quidem duarum genitiuus est reponendus:ut legatur duarum raptarum.Deinde loco illius an coniun/ctionis aut itidem coniunctio & ti.syllaba ascripta qualitatis est legendũ. Sed ne sic quidem totus emendatus esse uidetur hic locus .Nã loco istorũ hoc comparatiuum iustior forsitan est reponendum? Et integer nanq͂ & perspicuus fuerit sensus si hoc modo legatur. Aut qualitatis. utra sit iustior petitio.

Quid est:quod illa legum distributio a Fabio assignata obscurior est : q̃ut facile percipi possit?Diuersæ quoq͂ leges confligunt aut similes aut duæ quibus etiam citra aduersam legem contradici possit. An quia est depra/uata? Illa nanque disiunctio aut inter opposita quidem eleganter solet collocari. Inter ea uero quæ disparata uocantur : minus recte poni uide/tur. Similes autem & duæ adeo disparata significant:ut ne sub eodẽ qui/dem genere collocentur.Qua ergo ratione corrigatur? An & illa aut dis/iunctio expungenda:& non duæ sed diuersæ sic est forsitan legendum:ut expositionis initium constituatur?Sic enim distinguetur.Diuersæ quoq͂ leges confligunt aut similes.Diuersæ quibus etiam citra aduersam legem contradici possit.ut intelligamus diuersas a Fabio repeti : quo earũ subii/ciat exemplum.

Quid est:quod illud Fabii præceptum de contrariis legibus: minus sibi cõ/stare uidetur?Et in magistratu multa dicentur:quibus scriptũ expugna/tur.An quia est deprauatum?Quæ enim subiiciuntur omnia non in ma gistratum:sed pro magistratu dici.uidentur.Si incendium inquit in arce fuerit.Si in hostes recurrendum.Qua igitur ratione emendetur? An lo/co illius in præpositionis hæc item præpositio a:forsitan est reponenda? Sic nãq͂ intelligemus pro magistratu multa dici posse:quibus lex illa ex/pugnetur.Magistratus ab arce ne discedat.

Quid est : quod illud Fabii præceptum acutius intuenti mutilatum esse uidetur? Contra quas nihil opponi potest nisi lex altera. An quia est de/prauatum? Illud enim quas relatiuum id quod antecedens a gramma/ticis uocatur:non habet: nisi quis fortasse plane rudis dicta illa referri pu tet.Si incendium in arce fuerit.Si in hostes recurrendum.Tũc enim quæ non quas legẽdum foret.Quo igitur modo corrigatur? An hic nomina/

tiuus similes uel repugnantibus omnibus: quæcunq; mihi percurrere licuit: exemplaribus: forsitan est reponendus? Et integer nanq; & elegans fuerit sensus: si hoc modo legatur. Similes contra quas nihil opponi potest: nisi lex altera. ut intelligamus a Fabio similes repeti: quo earum subiiciat expositionem. Ex qua manifeste quidem colligitur: sic esse: ut dixi: corrigendum. Hæ nanq; leges similes inferuntur. Tyrannicidæ imago in gymnasio ponatur. Cōtra. Mulieris imago in gymnasio ne ponatur. Mulier tyrannum occidit.

Quid est: quod ex illo Fabii præcepto de contrariis legibus nihil integri sensus elici potest? Aduersus desertores scripta nō potest nisi optionem subuertit. An quia est deprauatum? Quod enim non possit lex aduersus desertores scripta: nihil est. Quo igitur modo corrigatur? An optione & euerti m. & t. litteris expunctis forsitan est legendum? Nam & elegans & perspicua fuerit oratio: si hoc modo legatur. Aduersus desertores scripta non potest: nisi optione subuerti.

Quid est: quod illud Fabii de syllogismo præceptum obscuriusculum esse uidetur? In his syllogismus e scripto nititur. alter satis cautum dicit. An quia est deprauatum? Ac syllogismis quidem legendum esse: ut sit ablatiui casus: ne admonitione quidem est dignum. Sed aliæ mendæ qua ratione tollentur? An illa e præpositio forsitan est eradenda: & alter nominatiuus iterum ascribendus: ac non negandi aduerbium reponendum? Perspicuus nanque fuerit sensus si hoc modo legatur. In his syllogismis scripto nititur alter: alter non satis cautum esse dicit. Sic autem esse corrigendum etiam quæ subiiciunt exempla aperte demonstrant. Nam accusator scripto nititur: cum inquit. Postulo ut præcipitetur incesta. Lex enim est quæ hoc iubet. Defensor contra. Non satis cautum esse ait: cum in lege scriptum non sit: ut damnata bis præcipitetur.

Quid est: quod illud quod Fabius ait contra scriptum responderi posse minus proposito conuenire uidetur? Sed quia responderi potest. non est scriptum: ut uiuus præcipitetur damnatus. aut quando rapta optet. aut tyrannicida duo præmia accipiat. nihil de uomere cautum. nihil de ouibus: ex eo quod manifestum colligitur quod dubium est. An quia est deprauatum? Illud enim epitheton uiuus nec sensui congruit nec legi: qua iubetur incesti damnata de saxo præcipitari. Quo igitur modo corrigatur? An loco illius nominis uiuus hoc aduerbium bis forsitan est reponendum: & non damnatus: ut imperiti alicuius temeritate fuit deprauatum: sed damnata est legendum? Lex enim hæc erat scolastica. Incesti damnata de saxo præcipitetur. Isti uero qui sibi omnia arrogant: Fabii acumina non percipientes & bis in uiuum. & damnata in damnatam ex

commodo suo peruertere nihil dubitarunt.

Quid est: quod Fabius illo in exemplo: quo amphibologian: quæ ex antecedentibus oritur: exponit uerbo minus latino uti uidetur. Heres meus uxori meæ dare damnas esto: argenti quod elegerit pondo centum. uter eligat quæritur. An quia est deprauatum. Damnas enim nisi cum secūda est uerbi persona a recta latine loquendi ratione respuit: tametsi apud Iurisconsultos quoq; frequenter sic legatur. Damnas esto. Sed illic quoq; eorum imperitia: qui antiquorum notas non percipientes illorum opera descripserunt: contenderim esse corruptum. Notis uero cum aliorum auctorum: tum iurisconsultorun libros scribi consuesse uel Iustinianus Imperator testatur: qui id fieri edita uetuit constitutione. Quare non dānas sed damnatus & hic & illic asseruerim esse legendum.

Quid est: quod illud Fabii præceptum uix quisq̄ qui pcipiat: in uenitur? Sed quid una faciat aut altera quinimmo cētum ac mille in re finita quæ materia præceptoris est in alio atq; alio genere ostendere quis ordo sit rerū. & quæ copulatio: ut paulatim fiat usus & ad similia transitus. An quia est deprauatum? Neq; enim illud participium finita sensui ullo pacto conuenire potest. Qua ergo ratione emendetur? An pro finita infinita: ac illius quæ relatiui loco atq; coniunctio forsitan reponenda: itaq; est distinguendum: ut genitiuus illæ præceptoris initium sequentis sensus esse dignoscatur? Perspicua nanq; & elegans fuerit oratio: si hoc modo legat. Quinimmo centum ac mille in re infinita atq; materia. Præceptoris est in alio atq; alio genere quotidie ostēdere: quis ordo sit rerum: & quæ copulatio: ut paulatim fiat usus & ad similia transitus.

Quid est: quod illud Fabii præceptum confusius uidetur? Sed hæc in oratione præstat: cui omnia affuerint natura. doctrina. studium. An quia est deprauatum? Neq; enim omnia illi adesse uidentur: qui natura. doctrina. studio præditus fuerit. sed tria duntaxat illa. Quo igitur modo est corrigendum? An ille nominatiuus omnia ante illud cui relatiuum forsitan est collocandus. Omnis enim confusio tollitur: si hoc modo legatur. Sed hæc in oratione præstat omnia: cui affuerint natura. doctrina. studium. His autem tribus eloquentiam comparari natura. arte. exercitatione Fabius sentit: tametsi quidam imitationem quoque putent adiiciendam: quam Fabius arti sic subiicit: ut de illa complura tradat præcepta.

Quid est: quod illa Fabii expositio: quanuis ut integra legatur: acutius tamen intuenti minus recta uidetur? Nam uiam demonstrare potest uelocitas siqua est. An quia est deprauata? Nihil enim sensui illud nomen uelocitas conuenire uidetur. Qua igitur ratione corrigatur?

An uelocitas,in hoc aduerbium uelociter:& ars nomen forsitan est distinguenda? Sic enim legetur. Nam uiam demõstrare põt uelociter ars. si qua est. Huic autem correctioni etiam quæ a Fabio subiiciuntur: manifeste astipulantur. Verum ars inquit satis præstat: si copias eloquentiæ ponit in medio nostrum est uti eis scire.

Quid est: quod ex illo Fabii præcepto nullus proposito cõueniẽs elicit̃ sensus? Reliqua enĩ artiũ demũ est dispositio. An qa est deprauatum? Cũ.n. Fabius neq̃ exponat. neq̃ rõnẽ assignet: illa coniunctio enĩ redundare uidetur. Cũ nõ de partiũ orationis dispositione tractet: ille genitiuus artiũ a sensu minime uidet̃ agnosci. Quo igit̃ modo corrigat̃? An illa cõiunctio enĩ ut supuacua forsitã est eradẽda: ac p. littera ascripta hic genitiuus partiũ loco illius artiũ est reponẽdus? Sensus nanq̃ & apertus & elegans erit si hoc modo legatur. Reliqua partium est demum dispositio.

Quid est: quod illud Fabii præceptũ cõfusius est q̃ ut facile pcipi possit? Ita res nõ diuersæ distãtibus ex locis: quasi inuicẽ ignotæ collident̃. sed aliqua societate. sed nõ prioribus ac sequẽtibus se copula tenebũt. An qa deprauationibus scatet? Ac primũ illud nõ negãdi aduerbiũ de tertio loco ad uerbũ illud collident̃: uidet̃ trãsferendũ: ut hoc modo legatur. Quasi inuicẽ ignotæ nõ collident̃. Deinde illæ duæ dictiones: sed nõ: eradendæ: ac loco earũ hæc præpositio cũ: ac que copula reponendæ: ut legatur. Sed aliqua societate copulaq̃ se cũ prioribus tenebunt.

Quid est: quod illa Fabii repetitio: qua in octaui libri prologo breuiter cõmemorat quæ de inuẽtione præcepit: minus uera esse uidetur? Depulsionem porro omnẽ inficiatione duplici factumne & an hoc factum esset. præterea defensione ac altercatione constare. An quia est deprauata? Neq̃ enĩ depulsio unq̃ altercatione cõstat. Qua ergo rõne corrigat̃? An pro altercatione forsitan actione trãslationeue: q̃uis oĩa nobis refragent̃ exemplaria: est reponendum? Nam depulsio interdum inficiatione constat. interdum defensione. interdum trãslatione. Huic autẽ correctioni Fabius ipse astipulari uidetur. Sic enim in tertio uolumine scribit. Nã ut a defensione potissimũ incipiã: longe fortissima tuendi se ratio est: si quod obiicitur negari potest. Proxima si id quod obiicitur non factum esse dicitur. Tertia honestissima: qua recte factũ ostendetur: quibus si deficiamur: ultima quidem: sed iam sola superest salus aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine: quod nec negari nec defendi potest. ut nõ uideatur recte actio intendi. Hinc illæ quæstiones siue actionis siue translationis.

Quid est: qđ illud Fabii repetitũ de quæstiõe præceptũ obscurius eẽ uidet̃? Quæstionẽ aut ex scripto eẽ aut ex facto. De rerũ fide. ppriet ate. q̃litate. Scripto de uerborum ui aut uoluntate? An quia est deprauatũ? Cum enĩ utriusq̃ membri diuisionis expositio subiiciatur: aliquid uerbo℞ a sensu

deſideratur:quæ in nullis quæcunq; ego uiderim: exéplaribus leguntur.
Qua ergo rõne emédet? An duæ hæ dictiones in facto: ſunt aſcribédæ?
Sic.n.a Fabio ſcriptũ fuiſſe cõtéderim. Quæſtioné aut ex ſcripto eſſe.aut
ex facto.In facto de rerum fide.proprietate.qualitate.In ſcripto de uerbo/
rum ui aut uoluntate.Ille autem ablatiuus facto repetitus in huius depra
uationis cauſa fuiſſe uidetur.

Quid eſt: quod illa quinq; partiũ iudicialis cauſæ repetitio minus ĩtegra eẽ
uidet? In omni porro cauſa iudiciali quinq; eẽ partes: quarũ exordio cõ/
ciliari audienté.narratione propoſita cõfirmari.refutatione aut memori
am iudicis refici:aut aĩos moueri.An quia eſt deprauata? Nã de quinque
partibus:qbus iudiciales cauſæ cõſtãt: tres duntaxat cõmemorãtur.Qua
ergo rõne emédetur? An hæc quinq; uerba:cauſam ꝓponi ꝓbatione diſ/
ſolui peroratione:q̃uis oĩa quæcunq; mihi uidere licuit exéplaria refragẽ
tur:forſitan ſunt reponéda? Et elegans nanq; fuerit or̃o & integer ſenſus:
ſi hoc mõ legat.In oĩ porro cauſa iudiciali quinq; eſſe partes:quarũ exor/
dio cõciliari audiété.cauſã narratiõe ꝓponi. ꝓbatione ꝓpoſita cõfirmari.
cõfutatiõe diſſolui. ꝑoratiõe aut memoriã iudicis refici aut aĩos moueri.

Quid eſt: quod Fabius in octaui libri exordio ea Ciceroni aſcribere uidet:
quæ nuſq̃ ab eo ſcripta inueniũtur? Atq; ſatis aperte Cicero præceperat:
in dicendo uitiũ:uel maximũ eſſe a uulgari genere or̃onis atq; a conſue/
tudine cõmunis ſenſus abhorrere. An quia hic quoq; locus imperiti ali/
cuius temeritate fuit deprauatus? Illũ enĩ genitiuũ ſenſus nõ a Fabio: ſed
a ſemidoctorũ aliquo contenderim fuiſſe aſcriptum. Quo igitur modo
corrigatur? An illa s.littera expuncta cõmuni legendũ atq; genitiuus ille
ſenſus eſt eradendus? Sic uero emendandũ eſſe:q̃uis nullũ quod uiderim
exemplar nobis aſtipuletur:facile ex prologo de oratore ꝑſpici poteſt. Il/
lic enim ſic Cicero ſcribit.In dicédo auté uitiũ uel maximum eſt a uulga/
ri genere orationis atq; a cõmuni cõſuetudine abhorrere.

Quid eſt:quod illud Fabii de perſpicuitate præceptũ ſibi parũ cõſtare ui/
detur? Sunt auté humilia infra dignitaté rerum aut ordinis:in quo uitio
cauendo nõ mediocriter quidam errare ſolent:qui omnia quæ ſunt ſine
uſu:etiam ſi cauſæ neceſſitas poſtulet reformidant.An quia eſt deprauа/
tum? Quo nanq; modo quiſq̃ qui humilia atq; uulgaria uerba uitet:re/
formidare ea poſſit:quæ ſunt ſine uſu? Humilia ſiquidem uerba omnia
ſunt in frequentiſſimo uulgi uſu.Quo igitur modo corrigatur? An loco
illius ſine præpoſitiõis hæc itidem præpoſitio in : uel reluctãtibus omni/
bus quæcunq; mihi percurrere licuit:exéplaribus forſitan eſt reponéda?
Huic auté noſtræ emédationi etiam quod infertur exéplum:q̃uis ipſum
quoq; ſit deprauatum:aſtipulatur.Vt ille qui in actione hibericas herbas
ſe ſolo nequaq̃ intelligente dicebat:niſi irridens hanc uanitatem Caſſius

Seuerus Spartum eum dicere uelle indicaſſet. Spartum enī uulgare uer/
bum eſt:pro quo quidā hibericas herbas dicere malebat. Quod uero di/
xi id exemplū eſſe corruptum : illud nequaq̄ negādi aduerbium omnino
aſpernatur ſenſus : hoc uero nequicq̄ item aduerbiū haud diſſimile expo
ſcit:ut legatur ſe ſolo nequicq̄ intelligente.

Quid eſt:quod illud exemplū:quo Fabius exponit proprii ſignificationem
obſcurius eſt:q̄ ut plene percipiatur? Vt uortex eſt cōcorta in ſe aqua: uel
quicquid aliud ſimiliter uertitur. Inde ꝑpter flexum capillorū pars ſum/
ma capitis:ex hoc inq̄ in mōtibus eminentiſſimum recte dixeris hæc oīa
uertices.proprie tamen unde initiū eſt. An quia eſt deprauatum? Illud enī
uerbū inq̄ nihil ſenſui cōgruit. Qua ergo rōne emēdetur? An illa ex præ/
poſitio in hāc & copulā haud ei diſſimilē:& illud uerbū inq̄ in hoc relati/
uū quod ac eſt uerbū forſitan eſt īmutādum? Perſpicua nāq; fuerit orō ſi
hoc modo legat̄. Vt uortex eſt cōtorta in ſe aqua:uel quicquid aliud ſimi
liter uertitur. Inde propter flexum capillorum pars ſumma capitis & hoc
quod eſt in montibus eminentiſſimum. Recte dixeris hæc omnia uerti/
ces. Proprie tamen unde initium eſt.

Quid eſt : quod illud Fabii præceptum difficilius cognitu eſſe uidetur? At
obſcuritas fit etiā uerbis ab uſu remotis:ut ſi cōmentarios quis pontificū
& uetuſtiſſima fœdera & exoletos ſcrutatus auctores idipſum petat : ex
hiſq; inde cōtraxerit quæ non intelliguntur. An quia eſt deprauatum? Il/
lud enim inde aduerbium nihil ſenſum iuuare uidetur. Quo igitur mo/
do corrigatur? An ea pronomen illo inde aduerbio eraſo forſitan eſt re/
ponēdum? Apertus nanq; fuerit ſenſus:ſi hoc modo legatur. At obſcuri/
tas fit etiam uerbis ab uſu remotis:ut ſi cōmentarios quis pontificum: &
uetuſtiſſima fœdera: & exoletos ſcrutatus auctores idipſū petat : ex hiſq;
ea contraxerit:quæ non intelligantur.

Quid eſt quod illa Fabii expoſitio acutius intuēti minus cū exemplis quæ
inferuntur conuenire uidetur? Fallunt enim uerba uel religionibus qui/
buſdam magis familiaria:uel artium propria:ut Atabulus uentus & na/
uis ſaccaria. An quia eſt deprauata? Nullum enim ſubiicitur exemplum:
quod alicui religioni familiare uideatur. Quo igitur mō corrigatur? An
una duntaxat ſyllaba eraſa pro religionibus forſitan hoc haud diſſimile
nomen regionibus eſt reponēdum? Nā atabulus uentus eſt Apuliæ ma/
xime familiaris απο του ατην βαλλειν hoc eſt ab immittendo nocumē
to dictus. Illud quoq; uerbum fallunt nihil mihi ſenſui conuenire uidet̄.
Exponit enim Fabius quo modo quidam eruditionis famam affectan/
tes uerbis ab uſu remotis utantur? Quid ergo ad rem ſi uerba fallunt?
Profecto nihil. Colligunt autem q̄uis nulla exemplaria nobis aſtipulen/
tur:forſitan eſt legendum.

Quid est:quod illud Fabii dictum de ornatu : quo Cicero est usus in causa Cornelii : uarie legit? Nec fortibus modo : sed etiā fulgētibus armis prœliatus est Cicero in causa Cornelii:cuius secutus docendo iudicē tantū:& utiliter demū perspicueq; dicendo:ut populus Romanus admirationē nō acclamatione tantū:sed etiam plausu confiteretur. An quia est deprauatum? In quibusdā enim exemplaribus legitur : cū consecutus:id quod in aliis legitur:cuius secutus.Neutro uero modo sensus illustratur. Qua ergo ratione emendetur? An loco illius genitiui cuius:duæ hæ dictiones qui nō cum hac syllaba as forsitan sunt reponendæ? Pulchræ nanq; percipietur sensus:si hoc modo legatur.Qui non assecutus esset docendo tantum iudicē:& utiliter demū pspicueq; dicēdo:ut populus Romanus admirationem non acclamatione tantū : sed etiam plausu confiteretur.

Quid est:quod illud fabii de ornatu præceptū nō uno legit modo? Sed hic ornatus : repetā enī uiri sed fortis & sanctus sit: nec effœminatā lenitatē: nec fuco eminentē colorē manet.Sanguine & uiribus niteat. An quia est deprauatum? Quidam enim ex imperitis arrogātibus cū uiderēt uerbū illud manet:minus recte cum accusatiuo iungi eminentē colorē in eminentium colorū genitiuū deprauarunt: illū aliū accusatiuū efœminatam lenitatem īmutare obliti.Neq; enim et copula dissimiles casus cōnectere solet. Quo igitur modo est corrigēdum? An loco illius uiri genitiui hic nominatiuus uirilis:ac pro illa cōiunctione sed : hæc copula et:ac nō manet.sed amet:atq; pro illa et copula hæc particula nec forsitan est reponēda? Nā & loquendi ratio & sensus integritas exigere uidentur:ut hoc modo legatur.Sed hic ornatus.repetā enim uirilis & fortis & sanctus sit : nec effœminatam lenitatē:nec fuco eminentem colorē amet.Est enim trāslatio a lasciuis mulieribus sumpta: quæ corpa uellendo molliora & fucādo efficiunt rubicundior.

Quid est:quod illud Fabii præceptū plene nō pcipit? An nō pudeat certam creditā pecuniā periodis postulare?aut circa stillicidia affici. aut mancipia redhibitione suadere? An quia est deprauatum? Quid enim est suadere mācipia redhibitione? Mihi profecto nullus integer elicitur sensus.Qua ergo ratione corrigatur? An hæc præpositio in ascribenda & mācipii nō mancipia:& illo uerbo suadere expuncto:hic item infinitus sudare haud dissimilis:& una duntaxat syllaba breuior:forsitan est reponendus? Perspicuus nanq; fuerit sensus:si hoc modo legatur. Aut in mancipii redhibitiōe sudare? Nihil.n.decet oratorē dū humiles cās agit : sudare:hoc est tāta uti uehemētia:ut sudorē emittere cogat.Est aūt redhibitio actionis nomē quæ & redhibitoria actio uocat.Quæ qdē in eū ītētat:q aliqd corrupti uitiosiue uēdiderit : ut cogatur & prætium restituere : & quod tradiderat recipere. Hoc enim est redhibere : ut aperte ex iis quæ ad titulū.

De edilitio edicto & redhibitoria: & quanto minoris actione a Iurecon-sultis scribuntur colligi potest.

Quid est: quod illud Fabii præceptũ superuacuis onerari uidetur? Et quædam in usu perq̃ recentia. ut Messala primus reatum. Munerarium Augustus primus dixerunt. Reatum nemo ante Messalam. Munerariũ nemo ante Augustum dixerat. An quia est deprauatum? Etsi enim nulla in ultimis sensibus inest menda: mihi tamen a Fabii candore perq̃ alienum esse uidetur: ut statim repetat ea quæ apertissime præcepit. Quid autem apertius q̃ hoc dici potest? Vt Messala primus reatũ. Munerarium Augustus primus dixerunt. Qua ergo ratione corrigatur? An illa duo mẽbra de contextu in marginem forsitan sint transferenda? Reatum nemo ante Messalam. Munerarium nemo ante Augustum dixerat.

Quid est: quod illius præcepti exemplũ difficilius perceptu uidetur? Deformitati ꝓximũ est humilitatis uitiũ. ταπείνωσιν uocãt. qua rei magnitudo: uel dignitas minuitur. ut ex ea est uerruca in sũmo mõtis uertice. An quia est deprauatum? Nullus enim integer elicitur sensus. Quo igit̃ modo corrigatur? An loco illius in præpositionis: hæc itidẽ præpositio pro forsitã est reponẽda? Apta nãq; fuerit oratio: si hoc modo legat̃. Ex ea est uerruca pro sũmo montis uertice. Nã si uerruca quæ est caruncula durior in multorum corporibus extans atq; eminens: pro montis uertice ab aliquo poneretur: is nimirũ in ταπείνωσιν incideret.

Quid est: quod illud Fabii de amplificatione dictũ minus plene ꝑcipi põt? Sed alius diuideret hæc: & circa singulos gradus moraret̃. Hic in sublime etiã currit: & ad sũmũ nõ ꝑuenit nixu sed impetu. An quia est deprauatum? Fieri enim nõ potest, ut siquis in sublime currit: ad summũ non perueniat. Qua ergo ratione emendetur? An illud nõ negandi aduerbium post illud uerbum peruenit est collocandum: ac loco illius & copulæ hæc aduersatiua coniunctio sed forsitan est reponenda? Neq; enĩ pugnãtia inter se continere uidebitur hoc præceptum si hoc modo legatur. Hic in sublime etiam currit: & ad summum peruenit nõ nixu sed impetu.

Quid est: quod illa metonymiæ descriptio a Fabio assignata cõfusior uidetur: q̃ ut Fabii candore sit digna? Nec procul ab hoc genere descendit metonymia: quæ est nominis tropus pro nomine positio. An quia est deprauata? Non solum enim illud uerbũ descendit: nihil conuenit sensui: sed tropus quoq; redundare uidetur. Quo igitur modo corrigatur? An hoc uerbum discedit pro illo descendit reponendum: & tropus expungendus: & pro posito i. uocali ascripta positio est legendum? Et elegans nãq; & perspicua fuerit descriptio: si hoc modo legatur. Nec procul ab hoc genere discedit metonymia: quæ est noĩs pro nomine positio.

Quid est: quod illud Fabii de abusiõe præceptũ difficilius ꝑceptu uidetur?

Diſcernẽdũq; hoc totũ trãſlatiõis genus:quod abuſio eſt ubi nomẽ de/ fuit trãſlatio ubi aliud defuit. An qa eſt deprauatũ? Nã & abuſio & trãſla/ tio in idẽ potius recidere:q̃ diſcerni uidẽt:ſi abuſio eſt ubi nomẽ defuit: & trãſlatio ubi aliud defuit. Qua igit̃ rõne emẽdetur? An loco trãſlatio/ nis hic ablatiuus trãſlatione cũ a præpoſitione ita eſt reponendus: ut illa præpoſitio de ex ultimo uerbo eradatur? Perſpicua naq; fuerit diſtinctio: ſi hoc modo legatur. Diſcernendumq; hoc totum a tranſlatione genus: quod abuſio eſt ubi nomen defuit. Tranſlatio ubi aliud fuit.

Quid eſt:quod illa μεταληψεωσ deſcriptio a Fabio aſſignata difficilior eſſe uidetur. Supeſt ex his quæ aliter ſignificãt μεταληψισ:id eſt trãſumptio: quæ ex alio tropo in aliud uelut uiã præſtat:& rariſſimus & improprius. græcis tamẽ frequẽtior:q ſciẽt aurũ. qui haronẽ hoc cona. iſulæ νησουσ θοασ dicunt. An qa deprauationibus ſcatet? Quo igit̃ modo corrigatur? An pro tropo ſic eſt tropus reponẽdus:ut poſt illud uerbũ præſtat collo/ cetur:& pro illis duobus uerbis ſciẽt aurũ hic accuſatiuus cẽtaurũ. & pro illis quatuor uocibus. Qui haronẽ.hoc cona hic accuſatiuus græcus Chi/ rona:& loco illius inſulæ inſulas acutas cũ & copula ſunt reponẽda? Inte/ ger naq; & apertus fuerit ſenſus:ſi hoc modo legat̃. Supeſt ex iis quæ ali/ ter ſignificant μεταληψισ id eſt tranſumptio:quæ ex alio in aliud uelut uiã præſtat:tropus & rariſſimus & ĩproprius.græcis tamẽ frequentior: q centaurum chirona & inſulas acutas νησουσ θοασ dicunt. Nam inſulæ quæ οξειαι:hoc eſt acutæ nomen proprio dicuntur: θοαι ab Homero illo in uerſu uocantur ενθεν δε νησοισι επιπροεηκε θοησι. τοον naq; & uelox ſignificat & acutum.

Quid eſt : quod illud Fabii de epitheto præceptũ minus uerũ eſſe uidetur? Nõ poteſt ergo eſſe iunctũ. An qa eſt deprauatum? Semp enĩ epitheton nomini eſt iunctũ:alioqui antonomaſia foret. Qua ergo rõne emẽdetur? An nõ negãdi aduerbiũ iterũ eſt aſcribendũ. Nam & uerũ & elegans illud erit præceptum: ſi hoc modo legatur. Non poteſt ergo nõ eſſe iunctum. Nam epitheton:ut dixi:ſemper nomini adhæret.

Quid eſt : quod illa allegoriæ deſcriptio inconcinna ineptaq; habetur? Ad allegoriã: quã ĩuerſionẽ interpretant̃:ut aliud uerbis aliud ſenſu oſtẽdat: aut etiam interim cõtrarium. An quia eſt deprauata? Nam definiendi ra/ tio expoſcit:ut quod definitur:in recto caſu ponatur. Qua ergo ratione emendetur? An allegoria illis ad præpoſitione ac ut coniunctione eraſis: & oſtẽdit a. uocali in i. conuerſa:& ac loco illius diſiunctionis aut eſt legẽ/ dum? Elegans naq; & aperta fuerit oratio:ſi hoc modo legatur. Allego/ ria quam inuerſionem interpretantur: aliud uerbis. aliud ſenſu oſtendit: ac etiam interim contrarium.

Quid eſt:quod illud gradationis exemplum ex Demoſthenis oratione pro

Ctesiphonte a Fabio interpretatum: nullam in se habere gradationẽ uidetur? Non enim dixi quidẽ. sed non obligationem. sed nõ persuasit hæc uanis. An quia est deprauatum? Quanuis enim Fabii tempore: quo non minus græcis q̃ latinis litteris opera dabatur: notissimum: ut ipẽ ait: illud foret exemplum: librariorum tamen inscitia ita fuit corruptum: ut nihil gradationi conueniat. Id uero ex ipsa Demosthenis oratione pro Ctesiphõte ubi sic legitur: facile perspici potest. ουκ ειπον δε ταυτα. ουκ ειπον μεν. ουκ εγραψα δε. ουκ εγραψα μεν. ουκ επρεσβευσα δε. ουκ επρεσβευσα μεν. ουκ επεισα δε θηβαιουσ. Qua igitur ratione corrigatur hoc exemplum? An Fabius quidem hoc modo est interpretatus? Non enim dixi hæc. non dixi quidem. sed non scripsi. non scripsi quidem. sed non obii legationem. non obii quidem. sed non persuasi Thebanis. Romanus uero Aquila qui diligentissime de figuris scripsit: hoc idem exemplum sic in latinum uertit: Non dixi hæc. nõ dixi quidem. nec scripsi hæc. nec scripsi quidem. nec profectus sum ad legationem. nec profectus sum quidem. Non persuasi autem Thebanis.

Quid est: quod illud exemplum de Ciceronis epistola a Fabio descriptum: nihil præcepto: cui subiicitur: conuenire uidetur. Ne ego quidem αποσιωπησιν semper uoco: in qua res quæcunq; relinquitur intelligenda. ut ea quæ in epistolis Cicero. Data lupercalibus quo die Antonius Cæsari nihil opticuit lusitq;. Quia nihil aliud intelligi poterat q̃ hoc diadema imposuit. An quia est deprauatum? Quo nãq; pacto nihil aliud intelligi poterat q̃ hoc: diadema imposuit: si illa quatuor uerba sunt ascripta? Nihil opticuit lusitq;. Profecto nulla ibi erit αποσιωπησισ. Quo igitur modo corrigatur? An illa quatuor uerba nihil opticuit lusitq;: sunt eradenda? Citra illa nanq; si legatur: nunq̃ exemplũ a præcepto dissonare coarguet.

Quid est: quod illa similiter cadentis: ac similiter desinentis distinctio a Fabio assignata inter se repugnantia continere uidetur? Tertium est quod in eosdem casus ομοιοπτωτον dicitur. Sed neq; quod finem habet simi lem. Vtiq; in eundem finem uenit ομοιοτελευτον. An quia est deprauata? Qui enim fieri potest: ut quod finem habet similem in eundem finẽ uenire non possit? Quo igitur modo corrigatur? An duo hæc: est uerbũ & ομοιοπτωτον sunt ascribenda? Nulla enim in sensu cõtrarietas inerit: si hoc modo legatur. Sed neq; quod finem habet similẽ ομοιοπτωτον. Vtiq; in eundem finem uenit ομοιοτελευτον.

Quid est: quod illud Fabii de Cicerone dictum obscurius est q̃ ut facile pcipi possit? Sed quicquid est: nec hæc superiora in oratore repetit. Sola est in eo libro posita par est inter figuras uerborum exclamatio: quam sentẽtiæ potius puto. An quia manifeste est deprauatum? Quo igitur modo

corrigatur? An hæc copula que: ac neq; particula sunt reponendæ. Ac duo illa par est expungenda? Perspicua nanq; oratio fuerit: si hoc modo legatur. sed quicquid est. neque hæc neque superiora in oratore repetit. sola est in eo libro posita inter figuras uerborum exclamatio quam sententiæ potius puto.

Quid est: quod illud Fabii præceptum difficilius perceptu uidetur? Sunt qui neglecto rerum pondere & uiribus sententiarum: si uel inania uerba in hos modos deprauarint: summos se iudicét artifices: ideoque non desinunt eas nectere quasi nec substantia sectari tam est ridiculum quam quærere habitum gestumque sine corpore. An quia est deprauatum? Illud enim aduerbium quasi nihil agnoscitur a sensu. Qua ergo ratione emendetur? An illis quasi & nec expunctis: hic accusatiuus quas cum sine præpositione est reponendus: & non substantia: uerum sententia fortitan est legendum? Omnis enim sublata fuerit obscuritas: si hoc modo legatur. Quas sine senténtia sectari tam est ridiculum q̃ quærere habitum gestumq; sine corpore.

Quid est: quod illud Fabii præceptum minus elegans uidetur? Et orator habeat rectam quandam uelut faciem: quæ ut stupere immobili rigore non debebit: ita sæpius in ea quam natura dedit specie continenda est. An quia est deprauatum? Illud enim uelut similitudinis aduerbiũ redũdare uidetur. Nam orator rectam faciem habet. Quo igitur modo corrigatur? An ut orator non agnoscitur a sensu: ita oratio desideratur? Neq; enim Fabius hoc loco de pronunciatione præcipit: ut ostendat qualem orator faciem debeat habere. Sed similitudine ab actione sumpta monstrat orationem nec ubique rectá: nec ubique figuratá esse debere.

Quid est: quod illud Fabii de compositione præceptum confusius esse uidetur? Neque enim locuti sunt ad hanc regulam & diligentiam homines. nec prohœmiis præparare. docere. exponere. argumentis probare. affectibus commouere scierunt. An quia est deprauatum? Illud nanque exponere nihil mihi sensum iuuare uidetur. Qua ergo ratione emendetur? An loco illius infiniti exponere hic ablatiuus expositione uel refragantibus exemplaribus ac quorundam commentationibus est reponendus? Sic uero corrigendum esse illud est argumento: quod singulis infinitis singuli sunt appositi ablatiui. Expositione autem & narratione iudex causam docetur.

Quid est: quod illa similitudo: qua utitur Fabius ad uires compositionis ostendendas minus elegáter descripta esse uidetur? Quare mihi in compositione uelut amentis quibusdam neruisue intendi & concitari sententiæ uident. An qa est deprauata? Ná illa in præpositio penitus redũdat

ac sta orationem pturbat:ut minus cõgrua esse censeatur. Quo igit mo/do corrigatur? An illa in præpositione de contextu sublata integer perspicuusq; relinquitur sensus? sic enim compositione sentẽtias intendi Fabi/us ait: ut hastæ amentis atq; neruis. Amentũ autem Lorum illud dicitur: quo in emittendis longius hastis iaculatores utuntur.

Quid est: quod illud Fabii de Herodoti compositione dictũ minus elegans esse uidetur? In Herodoto uero cũ omnia: ut ego quidem sentio: leniter fluunt: tũ ipsa dialectos habet etiã iucunditatẽ: ut latẽtes in numeros cõ/plexa uideatur. An quia est deprauatum? Nã illa præpositio in iterũ ascri/pta nõ sensum modo: uerũ etiam orationẽ perturbat. Qua igitur ratione emendetur? An illa etiã copula erasa: hic accusatiuus eam est reponẽdus: ac in locum illius in præpositionis hæc copula etiam est transferenda? Et elegans nanq; cõpositio & apertus fuerit sensus: si hoc modo legatur. Tũ ipsa dialectos habet eã iucunditatẽ ut latentes ẽt numeros cõplexa uideat. Vsus est autẽ Herodotus Ionica dialecto: q̃ auditu iucũdissima esse cẽset.

Quid est: quod illud Fabii de ordine præceptum difficilius intellectu uide/tur? Hæc arbitror: ut in breui de ordine fuisse dicenda: qui si uitiosus est: licet & uincat & sit aperte cadens oratio: tamen merito incomposita di/gne dicatur. An quia est deprauatum? Id uero hinc facile colligitur: quod duobus legitur modis. Quidam enim qui nuper hoc duntaxat caput de compositione exposuit: uinciat scripsit esse legendũ: Sed nihil magis sen/sui uinciat q̃ uincat mihi conuenire uidetur. Qua igitur ratione corriga/tur? An illo uerbo uincat eraso hoc participiũ iuncta: & apte pro illo ap/te est reponendum: ac illud digne aduerbium expungẽdum? Perspicuus nanq; fuerit sensus: si hoc modo legatur. Hæc arbitror ut in breui de or/dine fuisse dicenda: qui si uitiosus est: licet iuncta sit ac apte cadens oratio: tamen merito incomposita dicatur.

Quid est: quod illud Fabii de iunctura præceptum ineptius esse uidetur? Iũ/ctura sequitur. & in membris. incisis. periodis. An quia est deprauatum? Illa enim & copula redundare ac aliquid uerbi deesse uidetur. Qua igitur ratione emendetur? An hoc pronomen ea: ut ascribatur ac loco illius & copulæ hoc uerbum est reponatur sensus exposcit? Et elegãs nanq; & cõ/cinna fuerit oratio: si hoc modo legat. Iunctura sequitur. Ea est in uerbis incisis. membris. periodis.

Quid est: quod illud Fabii præceptum confusius uidetur? Ne uerba quidẽ uerbis: aut nomina nominibus similiaq; his continuari decet: cum uirtu/tes etiam ipse tædium patiantur: nisi gratia ueritatis adiutæ. An quia est deprauatum? Illud enim uerbum patiantur: minus sensui conuenire ui/detur. Quo igitur modo corrigatur? An pariant loco illius patiantur: & uarietatis loco ueritatis est reponendum? Virtutes nanq; orationis: quæ

ſunt uerborum exornationes atq; ſententiarum: tædium pariunt: niſi ua rietatis gratia adiuuentur.

Quid eſt: quod illa rhythmi metriq; diſtinctio a Fabio aſſignata ieptior ui detur: q̃ ut Fabii candori conueniat? Nam rhythmi in numeris ſpatio tẽ porum cõſtãt. Metra eſſe ordine. An quia manifeſte eſt deprauata? Quo igitur modo corrigatur? An illa in præpoſitione eraſa: hæc duo uerba: id eſt: ſunt reponenda: ac s. littera ſublata numeri eſt legendum? Nam & elegans & aperta diſtinctio fuerit: ſi hoc modo legatur. Nam rhythmi, id eſt numeri ſpatio temporũ conſtant. Metra etiam ordine.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptum cõfuſius eſſe uidetur: q̃ ut facile per cipi poſſit? Et contra nihil eſt quod proſa ſcriptum non redigi poſſit: in quædam genera uerſiculorũ uel in membra. An quia eſt deprauatum? Illa enim tria uerba: uel in membra de margine in contextum tranſlata mihi eſſe uidentur. Qua ergo ratione emendetur? An quod relatiuũ de ſuo loco in alienum tranſlatum iuxta illud non negandi aduerbium eſt collocandum: ac tres illæ dictiones: uel in mẽbra, ſunt expungendæ. Hoc modo nãq; caſtigate legetur. Et contra nihil eſt proſa ſcriptum: quod nõ redigi poſſit in quædam genera uerſiculorum. Sic autem eſſe corrigen dum etiam Diomedes grãmaticus innuere his uidetur uerbis. Nulla nõ pars orõnis in aliquã rhythmi aut metri ſpeciem poteſt figurari.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptum difficilius intellectu uidetur? Ora tio non deſcendit ad ſtrepitum digitorum: & quæ Cicero optime uidet ac teſtatur frequenter, ſe quod numeroſum ſit quærere: ut magis non ar rhythmon: quod eſſet inſcitum atq; agreſte q̃ rhythmum compoſitio nem eſſe uelit: quod poeticum eſt. Sicut etiam quos palæſtritas eſſe nolu mus: tamen uolumus eos qui dicuntur apalæſtri. An quia eſt deprauatũ? Eurhythmon enim: nõ rhythmon ſenſus expoſcit. Eurhythmon ſiqui dem & arrhythmon contraria ſunt: ad compoſitioneq; referuntur. No lumus præterea utroq; in loco legendum uidetur. Apalæſtri uero dicun tur palæſtræ imperiti. Sic autem legendum eſſe ex Ciceronis oratore col ligi poteſt. Itaq; inquit qualis eorum motus: quos apalæſtros græci uo cant: talis horũ mihi uidetur oratio: qui nõ cludũt numeris ſentẽtias.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptum ineptius uidetur? Collocatio autem uerba iam probata & electa & uelut aſſignata ſibi debet connectere. Nam uel dura intercommiſſa potiora ſunt inutilibus: tamen & eligere quædã: dum ex iis quæ idem ſignificent: atq; idem ualeant permiſerim & adiice cere: dum non ocioſa: & detrahere dum non neceſſaria, ſed figuras muta re & caſus & numeros: quorum uarietas frequenter gratia compoſitio nis aſcita etiam ſine nomine ſolet eſſe iucunda. An quia eſt deprauatum?

Nam & se pronomen uidetur ascribendum: ut inter se legatur: & loco illius sed coniunctionis hæc copula & reponéda: ut legatur hoc modo. Ná uel dura inter se cõmissa potiora sunt inutilibus. tamé & eligere quædá: dum ex iis quæ idem significent atq; idem ualeant permiserim: & adiicere. dum non otiosa: & detrahere: dum non necessaria: & figuris mutare & casus & numeros: quorum uarietas gratia compositionis ascita etiam sine nomine solet esse iucunda.

Quid est: quod illud Fabii præceptum uariis legitur modis? Deinde quod uersus semper similis sibi est: & una ratione decurrit. Orationis cõpositio nisi uaria est: & offendet similitudine: & affectatione deprehenditur. & in omni quidé corpore totoq;: ut ita dixerim: tractu numeris inserta. Neq; enim loqui possunt: nisi ex syllabis breuibus & lõgis: ex quibus pedes fiunt. An quia est deprauatum? Quidam enim loco illius possunt: legunt possumus. Sed ne sic quidem: mihi flagitia sublata uidentur. Qua ergo ratione corrigatur? An illo infinito loqui expuncto: hic item infinitus sequi forsitan est reponendus? Sequũtur enim oriunturq; numeri ex syllabis breuibus & longis.

Quid est: quod illud Fabii præceptũ parum sibi constare uidetur? Proximá clausulis diligentiá postulát initia. Ná & ad hæc intentus auditor est. Sed eorũ facilior rõ est. Nõ ení cohærét aliis. Sed præcedentibus seruiunt. exordium sumant. cũ ea q̃libet. Sic enim cõposita ipsa gratiá perdet. si ad eá rupta uia ueniemus. An quia est deprauatum? Si. n. initia aliis non cohærent: quo modo præcedétibus seruiant? Qua ergo ratiõe corrigatur? An illa sed copula erasa hæc particula nec: forsitan est reponéda: ac hæ duæ dictiones: sed nouũ: ascribédæ: & sit loco illius aduerbii sic legédum & hæc cõiunctio ení expungéda & ipsam atq; perdat legendum? Nihil enim absurdi in illo inerit præcepto: si hoc modo scribatur. Nõ ení cohærent aliis nec præcedentibus seruiunt. sed nouũ exordiũ sumunt: cum ea q̃libet sit composita: ipsam gratiá perdat: si ad eam rupta uia ueniamus.

Quid est: quod illud Fabii præceptũ ineptius uidetur? Ná quidé cõtra sæpe etiá decet: quia & cludit & interim optime prima pars uersus dum intra paucas syllabas præcipue senarii atq; octonarii. An qa est deprauatum? Imperiti nanq; linguæ latinæ Aristotelis interpretes frequétissime sic loquũtur: ut has tres connectant dictiones. Ná quidé certe. Istiusmodi uero ineptiis Fabii dicta inquinata permittere gráde flagitium est. Qua ergo ratione emédetur? An uel refragátibus exemplaribus loco illius quidé: hæ duæ dictiones: quod est: sunt reponédæ? Elegans nanq; fuerit oratio. si hoc modo legatur. Nam quod est contra sæpe etiam decet.

Quid est: quod illud Fabii præceptum difficilius intellectu uidetur? Illi ni/

mis sunt notabiles: qa hoc genus sermonis proximum est. Itaq; & uersus hic fere excidunt: quos Brutus ipso cōponēdi ductus studio sæpissime fa/cit. An qa manifeste est deprauatum? Quo igit modo corrigatur? An il/lic: nō illi: & minus loco illius nimis. & sermoni loco sermōis forsitan est legendum? Sic enim intelligemus in epistolis hexametrorū fines minus esse notabiles: quod epistolaris stilus proxime ad sermonē accedit.

Quid est: quod illud Fabii præceptū minus elegans uidetur? Sed quia ora/tionem oratoriam constare pedibus dixi: de iis quoq; quorum nomina quam uaria tradunt: constituēdum est: quo quenq; appellemus. An quia est deprauatum? Nam loco illius aduerbii q̄ hæc cōiunctio quoniam ut reponatur: sensus exposcit. & ur syllaba ascripta tradūtur legatur. Et ora/tio nāq; elegās & sensus erit perspicuus: si hoc modo scribat. Sed qa ora/tionem oratoriam constare pedibus dixi: aliqua de his quoq;: quorū noīa quoniam uaria tradūtur cōstituendū est quo quenq; appellemus.

Quid est: quod illud Fabii de pedibus præceptum uariis legitur modis? Er go cum constent quatuor pedes binis. octo ternis: spondeum longis dua/bus. Pyrrhichium: quem alii periiambum uocant: breuibus. Iambū bre/ui longaq;. huic contrarius e longa & breui hunc nos: ut alii: tro cheū no/minemus. An quia est deprauatum? Quidam enim sic legunt. Choreum nos. ut alii trocheum nominemus. Qua ergo ratione emendetur? An nō trocheum sed choreum est legendum? Fabius enim ubiq; choreum pro pede bisyllabo accipit. Trocheum uero eundem esse cum tribraco aperte scribit. Quare ne Fabius parum constare uideatur. hoc quoq; loco chore um legamus hoc modo. Hunc nos ut alii choreum nominemus.

Quid est: quod illud Fabii de Bacchio præceptum minus uerum esse uide tur? Longa inter breues amphybrachiis. huic contrarius longam breuē præcedentibus Bacchius. cui contrarius palimbacchius erit. An quia est deprauatum? Bacchius enim non ex longa & breui & longa. sed ex breui & duabus longis constat. Quo igitur modo corrigatur? An amphima/crus: q̄uis exemplaria refragentur ascribendus: & longas pro longis: & breui non breuem: & præcedente: non præcedentibus scribendum? Sic enim recte legetur. Huic contrarius amphimacrus. Longas breui præce dente Bacchius. Amphimacrus nāq; amphibracho est contrarius. Nam ex longa & breui & longa constat.

Quid est quod illud Fabii de Ephoro dictū minus plene percipi pōt? Licet enim Pæonē sequat Ephorus inuentū a Thrasymacho. probatū ab Ari/stotele dactylū ut tēperatos breuibus & lōgis. fugiat trochæū alterius tar ditate: & enī alterius celeritate dānata. An qa ē deprauatū? Manifeste nāq; ut impfectā esse orōnē taceamus: alicuius pedis nomē a sensu desiderat.

Qua ergo ratione emẽdetur? An illa coniunctio enim ex utroq; loco est eradenda: & molossus ascribendus? Et oratio nãq; congrua: & sensus integer fuerit: si hoc modo legatur. Licet pæoné sequatur Ephorus inuentum a Thrasymacho. probatum ab Aristotele dactylum: ut temperatos breuibus ac longis. Fugiat molossum ac trocheum alterius tarditate. alterius celeritate damnata.

Quid est: quod illud Fabii præceptum minus uerũ esse uidetur? Est & dochimus qui fit ex iãbo & bacchio & cretico stabilis in clausulis ac seuerũ. An quia est deprauatum? Dochimũ nãq; ex Ciceronis sentẽtia in quinq; demum syllabas excurrere paulo ante Fabius affirmauit. Nunc eundem ex bacchio & iambo & cretico cõstare ait. Quod quidem si admittamus: in octo syllabas manifeste producetur. Nam & bacchius & creticus trisyllabi sunt pedes. Iambum uero ex duabus constare syllabis etiam pueri nõ ignorant. Quo igitur modo corrigatur? An ille ablatiuus cretico est eradendus? Nam dochimus ex bacchio & iambo solis constat. Tametsi hoc quoq; modo possit emẽdari: ut hæc coniunctio uel & hic ablatiuus iambo iterũ ascribatur. Sic enim si legatur: uerus habebit sensus. Est & dochimus q ex bacchio & iãbo. uel iãbo & cretico stabilis ĩ clausulis ac seuerus.

Quid est: quod illud Fabii præceptum uariis legitur modis? Illud est: quod supra dixi: multum referre: unone uerbo pedes sint duo comprehẽsi: an uterq; liber. Sic enim fit forte. Criminis causa. molle archipiratæ. mollius si tribrachys præcedat facultates. temeritates. An quia est deprauatum? Quidam enim priori exemplo moti: quod nihil cõuenire tribracho uidetur: totum hoc præceptum confuderunt hoc modo legentes. Molossus tribrachum præcedat. Quod sane flagitium est perq̃ grande: cũ præsertim ne eo quidem modo exemplum congruat præceptioni: & Fabiũ de pedibus duobus uno uerbo comprehensis hoc loco præcipere manifestius sit q̃ ut uideatur dubitãdum. Qua ergo ratione emendetur? An facultates sunt expungendæ: ut facilitates reponantur? Hac nãq; in dictione & tribrachys inest & spondeus.

Quid est: quod illud Fabii de compositione præceptũ minus sibi cõstare uidetur? Nec non & illud nimiæ est superstitionis: ut quæq; sint tẽpore: ea etiam facere ordine priora. non quia frequenter sit hoc melius. Sed quia interdum plus ualẽt ante gesta. An quia est deprauatum? Si enim sic legatur uidebitur Fabius id negare: quod affirmare contendit. Quo igit̃ modo corrigatur? An loco illius quia hæc particula quin est reponenda? Nã & oratio elegans & sensus fuerit concinnus: si hoc modo legatur. Nõ qn frequẽter sit hoc melius: sed quia interdũ plus ualent ante gesta.

Quid est: quod illud exẽplũ ex secũda Cicerõis philippica a Fabio descriptũ

minus integrū esse uidetur? Vt tibi necesse esset in conspectu populi Romani uomere. An qa imperiti alicuius temeritate est deprauatum? Is.n. quisquis fuit: putauit hunc sensum infinito illo uomere esse cludendum: quod Fabius his uerbis præcipere uidetur. Sæpe tamen uehemés aliquis sensus est in uerbo: quod si in media parte sententiæ latet: transiri intentione & obscurari circūiacētibus solet. In clausula positum assignatur auditori & infigitur. quale illud Ciceronis: ut tibi necesse esset in conspectu populi Romani uomere. Putauit autē iste loci huius corruptor: uerbū in ea demū significatione accipi: qua pars orōnis significatur: quæ sine casibus declinatur: neq̃ animaduertit Fabiū ipsum in primo iā præcepisse libro: id quod alias quoq̃ est notū. uerbū non solum pro una parte orationis: sed pro omni quoq̃ dictione accipiendum. Qua igitur ratione emendetur? An postridie aduerbium ita ut sensum cludat: est ascribendum? Sic uero esse corrigendum tum ex secunda Ciceronis Philippica. tū ex Fabii ipsius uerbis aperte percipi potest.

Quid est: quod illud Fabii præceptum confusius uidetur? Atq̃ ut ordinem sequar primum quæ sunt imperitis quoq̃ ad reprehensionem notabilia uidentur: id est: quæ cōmissis inter se duobus uerbis ex ultima fine prioris ac prima sequentis syllaba deforme aliquod nomē efficiunt: tum uocaliū concursu: qui cū accidit hiat atq̃ ītersistit & quasi laborat oratio. An quia est deprauatum? Nullus enim integer sensus elici potest. Qua ergo ratione emēdetur? An uitāda sunt ascribēda ac sunt uerbū ante illud quæ relatiuū collocandū. & ille ablatiuus fine forsitan est expungendus. Sylla. ba.n. ad utrūq̃ adiectiuū ultima & prima refert. Siquidē & orō integra & sensus fuerit apertus: si hoc modo legatur. Atq̃ ut ordinē sequar: primū uitanda sunt quæ imperitis quoq̃ ad reprehensionem notabilia uident: id est: quæ commissis inter se uerbis ex ultima prioris ac prima sequentis syllaba deforme aliquid efficiunt.

Quid est: quod illud Fabii præceptum una cū exemplis obscurius esse uidetur? Cæterū cōsonantes quoq̃ præcipue earū: quæ sunt asperiores in cōmissura uerborū rixantur: & s. ultima cum x. proxima: quarum tristior etiam si binæ colligantur: stridor est: ut uastudiorū. An quia est deprauatum? Id uero facile hinc intelligi potest. quod uariis legitur modis. Quidam enim loco uastudiorum: quod neq̃ latinū nomē est: neq̃ græcum: uastus duarum putant esse legendum. Sed ne sic quidē præcepto conueniens fuerit exemplum. Quo igitur modo corrigatur? An hæc copula que est ascribenda: ac loco earum hic nominatiuus: eæ & pro illa & copula hoc aduerbium ut: & loco uastudiorū hæ tres dictiones: ut ars studiorum forsitan sunt reponendæ? Apertus nanq̃ fuerit sensus: si hoc modo

legat. Cæterũ cõsonantes quoq; præcipueq; hæ quæ asperiores in cõmis-
sura uerborũ rixantur. ut s. ultima cum x. proxima: quarũ tristior etiã si
binæ collidantur: stridor est: ut ars studiorum.

Quid est: quod in illo præcepto Fabius a seipso dissentire uidetur? Videndũ
etiã ne syllaba uerbi prioris ultima sit prima sequẽtis. An quia est depra-
tum? Nã paulo ante Fabius præcepit: ut quæ cõmissis iter se uerbis duo-
bus ex ultima prioris ac prima sequentis syllaba deforme aliquid effici-
unt: uitentur. Nunc in uniuersum præcipe uidetur: siue deforme qd effi-
ciant: siue nõ: fugienda esse. Qua igitur ratione emendetur? An illi nomi-
natiui singulares in plurales sunt cõmutandi? Nihil enim absurdi præci-
pere uidebitur Fabius: si hoc modo legat. Videndũ etiã ne syllabæ uerbi
prioris ultimæ sint primæ sequentis. Sic autẽ legendum eẽ etiam quæ in-
feruntur exempla declarant. Res mihi inuisæ uisæ sunt brutæ. Et in car-
mine. O fortunatam natam me consule Romam.

Quid est: quod illud extremæ cõclusionis exemplũ a Fabio assignatũ inepti-
us uidetur? Quãdo ergo incipit corpus esse? cũ uenit extrema conclusio.
Quẽ quasi nostrũ fefellit hic uos esse facturos: quã Cicero breuissimã pu-
tat. An quia est deprauatum? Nõ enim quasi sed quæso legẽdũ esse facile
ex Ciceronis oratione pro Cornelio perspici potest. ubi sic legitur. Quem
quæso nostrũ fefellit: id uos ita esse facturos?

Quid est: quod illud Fabii de Pyrrhichio præceptum uariis legitur modis?
Pyrrhichius quidẽ decurrit: sed quantũ celeritatis: tantũ grauitatis amit-
tit. An quia est deprauatum? Quidã enĩ admittit putãt esse legendũ. Quo
igitur modo corrigatur? An hoc uerbũ habet forsitan est ascribẽdum: &
amittit legendum? Elegans nanq; fuerit sensus si hoc modo legatur. Sed
quantum celeritatis habet: tantum grauitatis amittit.

Quid est: quod illud Fabii præceptum duobus legitur modis? Et sane nul-
lum aptum atq; idonenm uerbum permittemus gratia lenitatis. An qa
est deprauatum? Quidam enim permutemus putant esse legẽdum. Sed
neutro modo mihi sensus procedere uidetur. Quo igitur modo corriga-
tur? An prætermittemus forsitan est legendum? Sic enim sensus & ele-
gans erit & apertus.

Quid est: quod illud Fabii præceptum ineptius uidetur: quam ut Fabio sit
ascribendum? Optime autem de illa iudicant aures: quæ poema senti-
unt & parum expleta desiderant: & fragosis offenduntur. lenibus mul-
centur. & contortis excitantur. & stabilia probant. clauda deprehendunt.
redundantia & nimia fastidiunt. An quia est deprauatum: quanuis ut re-
ctum legatur atq; exponatur? Cum enim singulis uerbis singula subiiciã-
tur adiectiua: illud poema ab eleganti respuitur sensu. Quo igitur modo

corrigatur? An non poema: sed plena est legendum? Nam plena parum expletis eleganter opponuntur.

Quid est: quod illa incisi descriptio a Fabio inuecta perplexior uidetur: q̄ ut facile percipi possit? Incisum quantum mea refert opinio: erit sensu non expleto numero cōclusum plerisq; pars membri. An quia est deprauata? Ille enim sensu ablatiuus totam cōfundere descriptionem uidetur. Quo igitur modo corrigatur? An pro illo ablatiuo sensu: hic nominatiuus sensus est reponendus: & illa re syllaba expuncta fert: & non conclusum sed conclusus legendum? Et elegans nāq; & perspicua erit oratio: si hoc modo legatur. Incisum quantum mea fert opinio: erit sensus non expleto numero conclusus.

Quid est: quod illa membri definitio: quam Fabius tradit: minus recta esse uidetur? Membrum est sensus membris conclusus: sed a toto corpore abruptus & per se nihil efficiens. An quia est deprauata? Nihil enī quicq̄ per seipsum: sed per diuersa explicari solet. Quo igitur modo corrigatur? An pro membris: licet exemplaria refragentur: hic itidem ablatiuus numeris a uero exposcitur sensu? Neque enim minus membro numeri insunt q̄ inciso.

Quid est: quod illa membri expositio a Fabio assignata ineptior uidetur? Ideo callidos homines perfectum est. At remotum a cæteris uim non habet. An quia est deprauata? Illud enim uerbum ideo: nihil sensum iuuat. Qua ergo ratione emendetur? An illud ideo in has tres dictiunculas. Id enim o. est distinguēdum? Elegans nanq; & sensus & oratio fuerit: si hoc modo legatur. Id enim: O callidos homines: perfectum est. Sic uero esse corrigendum facile ex Ciceronis oratione pro Cornelio: unde hoc sumptum est exemplum: perspici potest. Ibi nanq; sic est scriptum. O callidos homines: quem quæso nostrum fefellit: id uos ita esse facturos?

Quid est: quod illud Fabii de periodo præceptum duobus legitur modis? Habet periodos membra minime duo. medius numerus uidentur quatuor. sed recipit frequenter & plura. An quia est deprauatum? Quidam enim illud minime in minima putant esse conuertendum. Cæterum a sensu non minus repelli mihi minima uidentur quam minime. Qua igitur ratione emendetur? An minimum uel refragantibus exemplaribus est legendum? Ita nanque intelligemus duo saltem membra in periodo contineri.

Quid est: quod illud Fabii præceptū confusius esse uidet: q̄ ut Fabii elegantiæ cōueniat? Aspera cōtra iābus maxime concitatus non solū quod sint e duobus modo syllabis eoq; frequentissime quasi pulsum habent: quæ res lenitati contraria est: sed etiam quod omnibus pedibus insurgunt:

& a breuibus in longas hiutuntur ac crescunt. An quia est deprauatum? Id uero hinc facile apparet: quod ne congrua quidem oratio esse uidetur. Qua igitur ratione corrigatur? An non iambus. sed iambis: ut sit ablatiui casus: & concitantur: non cōcitatus: & pro pedibus forsitan partibus est legendum? Et oratio nanque cōgrua & sensus fuerit pspicuus: si hoc modo legatur. Aspera cōtra iābis maxime concitantur.

Quid est: quod illud Fabii de compositione præceptum uariis legitur modis? Sed neque longioribus hyperbatis compositioni seruiemus. neque eius rei gratia fecerimus propter fecisse uideamur. An quia est deprauatum? Quidam enim loco illius genitiui eius putant legendum esse cuius. Quo igitur modo corrigatur? An illud neque iterato ascriptum ita est distinguēdum: ut ne coniunctio: & quæ nomen esse dignoscantur: & hic accusatiuus eam est ascribendus? Apertus nanque fuerit sensus si hoc modo legatur. Sed neque longioribus hyperbatis cōpositioni seruiemus: ne quæ eius rei gratia fecerimus propter eam fecisse uideamur.

Quid est: quod illud ultimum de compositione præceptum ocnfusius esse uidetur: q̄ ut facile percipi possit? Prior sit dissimulatio curæ præcipua: ut numerum sponte flexisse non arcessisse: nō arcessiti & coacti esse uideantur. An quia est deprauatum? Ille enim accusatiuus numerum totam cōfundit orationem. Quo igitur modo corrigatur? An numeri: non numerum: & fluxisse: non flexisse legendum: ac duo illa uerba. non arcessisse forsitan sunt expungenda? Perspicuus nanque fuerit sensus: si hoc modo legatur. Prior sit dissimulatio curæ præcipua: ut numeri sponte fluxisse nō arcessiti & coacti esse uideantur.

Quid est: quod primus prologi uoluminis decimi sensus & uarie legitur & plene non percipitur? Sed hæc eloquendi præcepta sicut cogitationi sūt necessaria: ita non satis ad uim dicendi ualent: nisi illis formæ quædam facilitas: quæ apud græcos λεξισ nominatur accesserit. ad quam scribendo plus. an legendo an dicendo consequamur solere quæri scio. An quia est deprauatus? Non enim cogitationi: sed cognitioni: ut est in quibusdam scriptum exemplaribus: est legendum. Quid præterea ille genitiuus formæ sibi eo in loco uelit: mihi non liquet. Nihil certe agnoscitur a sensu. Quo igitur modo corrigatur? An ut minimum a uerborum similitudine recedamus: loco formæ hoc nomen firma est reponēdum: ac illa præpositio ad expungenda? Perspicuus nanque fuerit sensus si hoc modo legatur. Sed hæc eloquendi præcepta sicut cognitioni sunt necessaria: ita non satis ad uim dicēdi ualent: nisi illis firma quædam facilitas quæ apud græcos λεξισ nominatur accesserit: quam scribendo plus: an legēdo: an dicēcendo consequamur: solere quæri scio.

Quid est: quod illud Fabii de uerborũ copia præceptum minus elegãs esse uidetur? Omnibus enĩ fere rebus uel præter pauca: quæ sunt parum uerecũda in oratione est locus. An quia est deprauatum? Ille enim ablatiuus rebus nihil mihi sensui cõuenire uidetur. Quo igitur modo corrigatur? An pro rebus: q̃uis exemplaria refragentur: ut uerbis legatur sensus exposcit? Nisi enim sic emendetur: facile Quintilianus in solœcismum incidisse coarguetur.

Quid est: quod illud Fabii præceptũ uariis legitur modis? Omnia uerba exceptis de quibus dixi: sunt alicubi optima: & humilibus interim & uulgaribus opus & quæ utiliore in parte uidentur sordida ubi res poscit ꝓprie dicuntur. An quia est deprauatum? Pro utiliore nãq; in exẽplaribus quibusdã legitur occultiore. sed neutro modo uerus efficit̃ sensus. Qua igit̃ rõne emendetur? An pro illo utiliore: hoc itẽ cõparatiuũ cultiore est repõnẽdum? Quædam enim uerba in cultiore & ornatiore loco sordida: ubi res & utilitas causæ poscit: apta esse uidentur.

Quid est: quod illud Fabii præceptum difficilius intellectu uidetur? Nam omnium quæcunq; docemus hæc sunt exempla potentiora etiam ipsius quæ traduntur artibus: cum eo qui discit perductus est: intelligere ea sine demonstrãte & sequi iam suis uiribus possit: quia quæ doctor præcepit: orator ostendit. An quia est deprauatum? Non enim hæc sed hoc: ac loco ipsius: illa u. uocali expuncta ipsis legẽdum: atq; hæc coniunctio ut. ascribenda uidetur: ut hoc modo legatur. Nam omnium quæcũq; docemus hoc sunt exempla potentiora etiam ipsis: quæ traduntur artibus: cum eo qui discit perductus est: ut intelligere ea sine demonstrante & sequi iam suis uiribus possit.

Quid est: quod illud Fabii præceptum confusius uidet̃: q̃ ut temere a quoq̃ percipiatur? Quid etiam easdem causas utrisq; erit scire. An qa est deprauatum? Ille nanq; ablatiuus utrisq; a sensus elegãtia uidetur esse alienus. Quo igitur modo corrigatur? An pro utrisq; forsitan utrinq; legẽdum: & hæc duo uerba: egerit utile: sunt ascribenda? Et elegans nanq; & aperta fuerit oratio: si hoc modo legatur. Quis etiam easdem causas utrinq; egerit: utile erit scire.

Quid est: quod illud Fabii præceptum minus elegans esse uidetur? Nos uero armatos stare in acie: & summis de rebus decernere: & ad uictoriam niti. An quia est deprauatum? Nullum enim inest in hac oratione uerbũ: cui illi infiniti inherere possint. Quo igitur modo corrigatur? An decet uel simile uerbum ut ascribatur sensus exposcit integritas? Concinna siquidem oratio fuerit: si hoc modo legatur. Nos uero armatos stare in acie & summis de rebus decernere. & ad uictoriam niti decet.

Quid est: quod illa Fabii similitudo cõfusior uidet̃: q̃ ut facile percipi possit?

Neq; ego arma squallore situ ac rubigine uelim: sed fulgore munisse: qui terreat. An quia est deprauata? Ille nanq; infinitus munisse nihil sensui conuenire uidetur. Qua igitur ratione emendetur? An pro illo ablatiuo squallore hic infinitus squallere: & nõ munisse: sed hoc participium munita cum esse infinito forsitan est reponendum? Perspicua nanq; fuerit oratio si hoc modo legatur. Neq; ego arma squallere situ ac rubigine uelim: sed fulgore munita esse qui terreat.

Quid est: quod illud Fabii præceptum minus scitum esse uidetur? Audio quod. M. Tullius neq; Thucydidem quidem aut Xenophontem inutiles oratori putat. An quia est deprauatum? Illud enim uerbum audio minus elegantiæ sensus cõuenire uidetur. Quo igitur modo corrigatur? An nõ audio sed adde: & in præpositione erasa utiles: & illa quæ copula expuncta ne forsitan est legendum. Concinna siquidem fuerit oratio: si hoc modo legatur. Adde quod. M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontem utiles oratori putat. Sic autem esse corrigendum ex Ciceronis quoq; oratore facile colligi potest. Ibi nanq; hæc leguntur. Thucydides autem res gestas & bella narrat: & prælia grauiter sane & probe. Sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum & publicum. Ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras abditasq; sententias: uix ut intelligantur. quod est in oratione ciuili uitium uel maximum.

Quid est: quod illud Fabii præceptum ineptius uidetur? Quosdam elatior ĩgenii uis & magis concitata & alias spurcitiis plena capit. An quia mẽdo turpissimo est inquinatum? Quo igi᷑ modo corrigatur? An illis spurcitiis de contextu reiectis: hic genitiuns spiritus exigitur a sensu: quanuis exemplaria refragantur? Et elegans nan q; oratio & sensus apertus fuerit: si hoc modo legatur. Quosdam elatior ingenii uis & magis concitata & alias spiritus plena capit.

Quid est: quod illud Fabii de Philisto dictum uariis legitur modis? Philistus quoque meretur: qui turbæ quanuis bonorum post hos auctores existimatur: imitator Thucydidis: ut multo infirmior: ita aliquatenus lucidior. An quia est deprauatum? Quidam enim quid tubæ putant esse legendum: quod quidem q̃ sensui conueniat: uiderint ipsi. Mihi certe penitus repugnare uidetur. Quo igitur modo corrigatur? An pro illo uerbo existimatur: hoc item uerbum eximatur haud dissimile est reponendum? Nulla enim in sensu ambiguitas inerit si hoc modo legatur. Philistus quoque meretur: qui turbæ quanuis bonorum post hos auctores eximatur.

Quid est: quod illud Fabii de Vergilio dictum minus elegans esse uidetur? Itaque ut apud illos Homerus: sic apud nos Vergilius auspicatissimum

dederit exordium omnium eius generis poetarum græcorum nostrorumque: haud dubie proximus. An quia est deprauatum? Cui enim sit proximus non apparet. Qua igitur ratione emendetur? An hic datiuus illi: ut Homerus referatur: uel reiragantibus exemplaribus est ascribendus? Nihil enĩ huic sensui deesse uidebitur: si hoc modo legatur. Omnium eius generis poetarum græcorum nostrorumque haud dubie illi proximus

Quid est: quod illud Fabii de Asinio Pollione dictum sibiipsi repugnare uidetur? Multa in Asinio Pollione inuenio. summa diligentia. adeo ut quibusdam etiam nimia uideatur. & consilii & animi satis. a nitore. & iucunditate Ciceronis ita longe alienus ut uideri possit secundo prior. An quia est deprauatum? Qui enim fieri potest: ut qui longe a Ciceronis nitore & iucunditate absit: uideatur secundo prior? Qua igitur ratione emendetur? An pro illo uerbo inuenio: hoc nomen inuentio: & pro secundo hic item ablatiuus sæculo est reponendus? Nulla enim in sensu inerit cõtrarietas: si hoc modo legatur. Multa in Asinio Pollione inuentio. summa diligentia: adeo ut quibusdam etiam nimia uideatur. & consilii & animi satis. A nitore & iucunditate Ciceronis ita longe alienus ut uideri possit sæculo prior. Qui enim sæculo ante Ciceronẽ floruerunt: non multum orationis nitori indulserunt.

Quid est: quod illud Fabii de imitatione præceptum minus elegans esse uidetur? Et cum illi qui nullum cuiusquã rei habuerant magistrum: plurima in posteros tradiderunt: nobis usus aliarum rerum ad erudiẽdas alias non proderit. An quia est deprauatum? Illud enim participium erudiendas a sensu non uidetur agnosci. Qua ergo ratione corrigatur? An non aliarum sed illarum: & eruendas: nõ erudiendas forsitan est legendum? Et concinna siquidem & elegans fuerit oratio: si hoc modo legatur. Et cum illi nullum cuiusq̃ rei habuerunt magistrum: plurima in posteros tradiderunt: nobis usus illarum rerum ad eruendas alias non proderit.

Quid est: quod illud Fabii de imitatione præceptum obscurius est q̃ ut temere a quoquam percipiatur? Etiam solet hoc incommodi accidere iis: qui se uni generi alicui dediderũt: ut si asperitas iis placuit alicuius: hanc etiam in leni ac remisso causarum genere non exuant. sed tenuitas ac nuditas in asperis grauibusque causis ponderi rerum parum respondeat: cum sit diuersa non causarum modo inter se condicio: sed in similis etiam partium causis. An quia est deprauatum? Non solum enim nullus elegans elicitur sensus: sed ne oratio quidem congrua esse uidetur. Qua ergo ratione emendetur? An hac littera n. ascripta respondeant legendum: ac loco illius nominis similis: hic

ablatiuus singulis:& pro causis hic genitiuus causæ est reponendus? Perspicua nanque fuerit oro:si hoc modo legat. Sed tenuitas ac nuditas in aspis grauioribusque causis põderi rerũ parũ respõdeát:cũ sit diuersa nõ causarũ modo inter se condicio:sed in singulis etiã partium causæ.

Quid est:quod illud Fabii dictum ineptius uidetur? An nõ ipsi nobis ac sæpius de eadẽ re dicimus & quidẽ cõtinuus nõ nunq̃ sentẽtias? An quia est deprauatum? Ille eni datiuus nobis a recto sensu alienus esse uidet. Quo igit modo corrigatur? An pro illo nobis hæ duæ dictiunculæ nos bis forsitan sunt reponendæ? Et elegans nanque & apertus fuerit sensus: si hoc modo legatur. An non ipsi nos bis de eadem re dicimus & quidem continuas nonnunq̃ sententias.

Quid est:quod illud Fabii præceptũ minus integrũ esse uidetur? Diligenter effecta plus proderit:q̃ plures inchoatæ & quasi degustatæ. An qa est deprauatum. Illud enim comparatiuũ plures ad quid referatur nihil habet. Quo igitur modo corrigatur? An hic nominatiuus una uel reluctãtibus exemplaribus forsitan est reponendus? Integra nanque fuerit oratio:si hoc modo legatur. Vna diligenter effecta plus proderit q̃ plures inchoatæ: & quasi degustatæ.

Quid est:quod illud Fabii præceptum contraria inter se cõtinere uidetur? Pectus est enim quod disertos facit & uis mentis. Ideoque imperitis quoque si modo nõ sint aliquo affectu concitati uerba non desunt. An quia est deprauatum? Quo igitur modo corrigatur? An illud nõ negandi aduerbiũ penitus est eradendum? Omnis enim tolletur contrarietas. si hoc modo legatur. Pectus est eni quod disertos facit & uis mentis. Ideoque imperitis quoque:si modo sint aliquo affectu concitati:uerba non desunt.

Quid est:quod illud Fabii de memoria dictum ineptius uidetur? Credendum enim Ciceroni non quia temporibus quoque nostris non & fecerint quidam hoc & faciant:quod non tam ipsum probabile puto. An quia est deprauatum? Illud enim aduerbiũ tã nihil sensui cõuenire uidetur. Quo igitur modo corrigatur? An hæc coniunctio tamen ascribẽda: & illud tã aduerbium ad illud nomen probabile est referendum? & elegants nanque & concinna oratio fuerit:si hoc modo legatur. Credendum enim est Ciceroni:non quia nostris quoque temporibus non & fecerint quidam & faciunt:quod tamen non tam probabile puto.

Quid est:quod illud Fabii præceptum uariis legitur modis? Hoc dum egredimur e portu:si nos non dum aptatis satis armamẽtis aget uentus. Deinde paulatim simul euntes aptabimus uela: & disponemus rudentes:& impleri sinus optabimus. Id potius q̃ se inani uerborum torrenti dare quasi tempestatibus qui uolent auferendum. An quia est deprauatum? Quidam enim non auferendũ sed auferent putant legendum. Sed ne sic

quidé integer habetur ſenſus. Quo igit̃ mõ corrigatur? An illa duo uer-
ba: qui uolét: ſunt expũgenda? Aptus nãq; fuerit ſenſus: ſi hoc mõ legat̃.
Id potius q̃ ſe inani uerboꝝ torréti dare quaſi tempeſtatibus auferendũ.

Quid eſt: quod illud Fabii de Cicerone dictũ in undecimo uolumine cõfu-
ſius eſſe uidetur? Quod fuiſſe timidius ſi criminis loco negaſſet Cicero
equitis Romani eſſe filiũ ſe defendéte. At ille fecit hoc etiã fauorabile cõ-
iungẽdo cũ iudicibus dignitaté ſuã. An qa eſt deprauatum? Illud enĩ timi
dius ſenſui minus cõuenire uidetur. Quo igit̃ modo corrigatur? An tu-
midius i. uocali in u. cõuerſa eſt legendũ: & loco illius at cõiunctionis hoc
pronomé id reponédũ? Cõcinnus enĩ fuerit ſenſus ſi hoc modo legatur.
Quod fuiſſe tumidius: ſi criminis loco negaſſet, Cicero equitis Romani
eſſe filium ſe defendente: id ille fecit etiam hoc fauorabile coniungendo
cum iudicibus dignitatem ſuam.

Quid eſt: quod illud Fabii de Cicerone dictũ obſcurius uidetur? Verum &
iuſta ſic faciédo nõ ſe de ingenii fama: ſed de fide eſſe ſollicitũ. An quia eſt
deprauatum? Nihil enim pulchri ſenſus elici poteſt. Quo igit̃ modo cor-
rigatur? An illa & copula eraſa hic datiuus ei. & pro illo aduerbio ſic: hoc
uerbum fit: ac pro faciendo: hoc item participiale nomen una ſolum lit-
tera minus fatendo forſitan eſt reponendum? Perſpicuus nãq; fuerit ſen
ſus: ſi hoc modo legatur. Verum ei iuſta fit: fatendo non ſe de ingenii fa-
ma: ſed de fide ſollicitum eſſe.

Quid eſt: quod illud quod Fabius de. M. Tullio refert difficilius ꝓceptu ui-
detur? Difficilior ei ratio in iudicio Cluétiano fuit: cũ Scamandrũ neceſſe
haberet dicere nocenté: cuius egerat cauſam. uerũ illud elegãtiſſime cum
eorũ a quibus ipſe perductus eſſet precibus: tũ etiã adoleſcentiã ſuã excu-
ſat: detracturus alioqui plus auctoritatis: ſicut in cauſa præſertim ſuſpe-
cta: ſi eum eſſe: qui temere nocentes reos ſuſcipere fateret̃. An quia eſt de-
prauatum? Nã loco auctoritatis hic datiuus auctoritati: & pro illo ſicut
aduerbio ſi cõiũctio: & hoc ꝓnomé ſe loco illius ſi cõiunctiõis: & hoc ad-
uerbiũ temere pro illo uerbo timere ſenſus ĩtegritas expoſcere uidet̃: ut
hoc modo legat̃. Detracturus alioqui plus auctoritati ſi in cauſa p̃ſertim
ſuſpecta ſe eum eſſe: qui temere nocentis reos ſuſciperet fateretur.

Quid eſt: quod illud Fabii præceptũ uariis legit̃ modis? Apud iudicẽ uero
quod aut ꝓpter aliquod cõmodũ in cauſa: quã ſuſceperimus: aut ſunt: ut
ꝑſuadendi ardua ratio: ita dicendi expeditiſſima. An qa eſt deprauatum?
Quidã enĩ illud uerbũ ſunt in hæc duo: ſuũ & ſumit̃: putãt cõmutandũ.
Sed ne ſic qdẽ ullus integer ſenſus elici poſſe mihi uidet̃. Quo igit̃ modo
corrigatur? An pro illa præpoſitiõe in hic genitiuus eoꝝ ac loco illius ac-
cuſatiui quã: hic genitiuus quoꝝ & pro cauſa hic accuſatiuus cauſam ſic
ut relatiuo poſtponat̃: & pro illo uerbo ſunt ſuũ pronomé forſitan eſt re-

c

ponendum? Dum enim castigatius exemplar inueniatur: si hoc modo le gatur: sensus non absurdus elicietur. Apud iudicem uero quod aut propter aliquod commodum eorum: quorũ causam susceperimus: aut suum ut persuadendi ardua ratio: ita dicendi expeditissima.

Quid est: quod illud Fabii præceptum obscurius uidetur? Accidit etiã nonnunq̃ eadem causa: de qua pronunciauit cogatq; iterũ. An quia est deprauatum? Nullus enĩ aptus colligitur sensus. Quo igit̃ mõ corrigatur? An hæc particula ut reponenda: & illud uerbũ cogat. in hoc item uerbũ passiuum agatur cõuertendũ: & illa que copula forsitan est eradenda? Perspicuus nanq; fuerit sensus: si hoc modo legatur. Accidit etiam nonnunq̃ ut eadem causa: de qua pronunciauit: agatur iterum.

Quid est: quod illud Fabii de memoria dictũ uariis legitur modis? Ex hoc Simonides facto notauit uidetur iuuari memoriam signatis animo sedibus idq; credere suo quisq; experimento. An quia est deprauatum? Quidam enim Simonidis & notari putant esse legendum. Sed cum Simonides ipse id notauerit: illud uerbum uidetur a sensu non agnoscitur. Qua ergo ratione corrigatur? An uidetur uerbum est expungẽdum: & queq; non quisq; legendum? Nam sensus fuerit apertus: si hoc modo legatur: Ex hoc Simonides facto notauit iuuari memoriam signatis animo sedibus: idq; credere suo quenq; experimento.

Quid est: quod illud Fabii de pronũciatione Hortensii dictũ difficilius perceptu uidetur? Et. M. Cicero unam dominari in dicendo actionem putat. Hac. CN. Lentulum plus opinionis consecutum q̃ eloquentia tradit. Eadem. C. Grachũ in deflenda fratris nece totius populi Romani lachrymas concitasse. Antoniũ & Crassum multũ ualuisse. Plurimũ uero. Q. Hotensium: cuius rei fides est: quod eius scripta tantũ intra famã sunt: q̃diu deinceps orator aliquãdo æmulus Ciceronis existimatus est. An qa est deprauatum? Illud enim aduerbium deinceps nihil a sensu agnosci uidetur. Quo igitur modo corrigatur? An loco illius particulæ q̃ hoc relatiuum qui: & loco illius aduerbii deinceps hoc nomen princeps: & illo nominatiuo orator expuncto hic genitiuus oratorum forsitan est reponendus? Perspicua nãq; fuerit oratio: si hoc modo legatur. Qui diu princeps oratorũ. Aliquando æmulus Ciceronis existimatus est.

Quid est: quod illud Fabii de eloquentia dictũ in duodecimo uolumine obscurius uidetur? Id nõ eo tantum: quod si uis ista dicendi maliciã instruxerit: nihil sit publicis priuatisq; rebus pniciosius eloquentia. An quia est deprauatum? Spectat enĩ uel simile uerbũ a sensu desiderat̃: forsitãq; loco illius quod hæc cõiunctio ut: est reponenda. Perspicua nãq; fuerit oratio si hoc modo legat̃. Id nõ eo tãtum spectat: ut si uis ista dicẽdi maliciã instruxerit: nihil sit publicis priuatisq; rebus perniciosius eloquentia.

Quid est:quod illud Fabii de rerũ natura dictũ cõfusius uidetur? Quid de nobis loquor? Rerũ ipsa natura in eo quo præcipue ĩdulsisse homini ui-detur:nos quoq; a cæteris aĩalibus separasse.nõ parẽs sed nouerca fuerit. An quia est deprauatũ? Illa enĩ coniunctio quoq; nihil sensum iuuare:qn potius pturbare uidet̃. Quo igit̃ modo corrigat̃? An illa cõiunctio quoq; ita apice est notãda:ut nõ cõiunctio : sed ablatiuus cum q; copula esse di-gnoscatur:& ante illũ accusatiuũ nos collocetur? Elegans nanq; fuerit & oratio & sensus:si hoc modo legatur:Quid de nobis loquor? rerum ipsa natura in eo quo præcipue indulsisse homini uidet̃ quoq; nos a cæteris animalibus separasse: nõ parens:sed nouerca fuerit.

Quid est:quod illud Fabii dictum ineptius uidetur? Quod si agrorũ nimia cura & sollicitior rei familiaris diligentia. uenãdi uoluptas & dati specta-culis dies multũ studiis auferũt. Huic enĩ rei perit omne tẽpus: quodcũq; alteri datur:quid putamus facturas cupiditatẽ.auariciam.inuidiam? An qa est deprauatum? Cũ enĩ non de rusticis:sed de urbanis artiq; oratoriæ dantibus operã loquat̃ Fabius: ille genitiuus agrorũ mihi parũ candido sensui conuenire uidetur. Quo igitur modo corrigatur? An loco agro-rum q̃uis exemplaria refragentur : hic itẽ genitiuus corporũ forsitan est reponẽdus? Nimium enĩ tẽporis in corporis cura a plerisq; cõsumi solet.

Quid est :quod illud Fabii de eloquẽtia præceptũ confusius uidetur? Hoc certe procul eximatur aĩorũ pulcherrimam eloquentiã cum uitiis mẽtis posse misceri. An quia est deprauatum? Ille enĩ genitiuus aĩorũ totã con-fundit orationẽ. Quo igitur modo corrigatur? An illo aduerbio procul eraso hoc itẽ aduerbiũ prorsus:& loco aĩorũ animo ablatiuus:& hic geni-tiuus rerũ forsitan est reponẽdus? & apta nanq; o͞ro & sensus elegãs fue-rit:si hoc modo legatur. Hoc certe prorsus eximat̃ animo:rerũ pulcher-rimam eloquentiam cum uitiis mentis posse misceri.

Quid est:q͞d illo in p̃cepto Fabius parũ sibi cõstare uidet̃ ? Nãq; defẽdat oĩs orator idẽ : portũq; illũ eloquẽtiæ suæ salutarẽ nõ etiã piratis patefaciet. An qa ẽ deprauatũ? Si.n.idẽ orator oẽs defẽdere debet:cur piratis quoq; portũ suũ nõ aperiat? Qua ergo ratione emẽdet̃? An illa nãq; cõiũctione expuncta:hoc negãdi aduerbiũ neq; reponẽdũ:& defẽdet:ut modi cõue-niãt est legẽdũ? Oĩs.n.abfuerit cõtrarietas:si hoc mõ legat̃. Neq; defẽdet oĩs orator idẽ:portũq; illũ eloquẽtiæ suæ salutarẽ nõ ẽt piratis patefaciet.

Quid est:quod illud Fabii dictũ obscurius esse uidetur? Nihil ergo acq̃rere uolet orator? Vtraq; q̃ satis erit:ac ne paup q̃dẽ tanq̃ mercedẽ accipiet: sed mutua beniuolentia utetur. An qa est deprauatum ? Illud enim nomen utraq; loquendi ratio aspernatur. Quo igitur modo corrigatur? An non utraq;:sed ultra est legendum? Apertus nanq; fuerit sensus si hoc modo legatur. Nihil ergo acquirere uolet orator? ultra quam satis erit nihil.

Respōdet.n.obiectiōi Fabius:ac nihil ultra q̃ satis est oratori acgrēdū ait.

Quid est:quod illud Fabii præceptum minus elegans uidetur? Illud certū erit neminem peius agere:q̃ qui displicente causa placet.Necesse est enim extra causam sit quod placet:nec ullo fastidio laborabit orator non agendi causas minores quantam infra eum sint. An quia est deprauatum? Ille enī accusatiuus quantam ad quod referatur uerbum non habet. Quo igitur modo corrigatur? An pro illo nomine ullo hoc pronomen illo:& illo accusatiuo quantam eraso hoc aduerbiū tanq̃ forsitan est reponēdū? Perspicuus.n.simul & elegans fuerit sensus:si hoc mō legat̃. Nec illo fastidio laborabit orator agēdi causas minores:tanq̃ infra eum sint.

Quid est:quod illud Fabii præceptū ineptius uidetur? Sed siue respōdendis fuerit subito dicendū:siue quæ alia ita exegerit ratio:nunq̃ pressū se ac deprESSum credet orator:cum disciplina & studiū & exercitatio dederit uires etiā facilitatis. An quia est deprauatum? Illud enim respondendis participiale nomen:loquēdi ratio nō agnoscit.Qua igitur emendetur ratione? An hæc præpositio in ascribenda.& nō respōdendis:sed respōdēdo:& hic datiuus cui pro illa coniunctione cū forsitan est reponendus? Siquidē concinnus & elegans fuerit sensus:si hoc modo legatur. Sed siue in respōdendo fuerit subito dicendū. siue quæ alia ita exegerit ratio:nunq̃ pressū ac deprehēsum credet orator:cui disciplina & studium & exercitatio dederit uires etiam facilitatis.

Quid est:quod illud Fabii præceptū duobus legitur modis? Verborū gratia quam in ipsis non habemus extrinsecus cōcidenda est. An quia est deprauatum? Quidam enim pro illo participio concidenda : hoc itidē participium condienda putant reponendum. Sed neutro modo mihi sensus illustris haberi uidetur. Qua ergo ratione corrigatur? An cōducenda forsitan est legendum? Hoc enim sensui maxime conuenire uidetur.

Quid est:quod illud Fabii de Domitio Afro dictum confusius uidetur? Vidi ego longe omniū:quos mihi cognoscere contigit:summū oratorē Domitium Afrum ualde senem quotidie aliquid ex ea:quā meruerat auctoritate perdentem cum agente illo:quem principem fuisse quondam fori alii non erat dubium quod indignum uideatur:riderent.alii erubescerēt quæ occasio illi fuit dicendi malle eū deficere q̃ desinere. An quia est deprauatum? Ille enim nominatiuus alii ad illud quod relatiuū uidet̃ trāsferendus ac illis non illi esse legendum hoc modo. Quem principem fuisse quondā fori nō erat dubiū:alii quod indignū uideat̃:riderent. Alii erubescerent : quæ occasio illis fuit dicendi malle eum deficere q̃ desinere.

Quid est:quod illud Fabii præceptū ineptius uidet̃? Discendi rō talis ut nō multos annos poscat. Quælibet.n.plus ex iis artibus:quarū habui mētionem:in paucos libros cōtrahi solet ab eo īfinito spatio ac traditione opus

est. An quia est deprauatum? Illud enim plus totam perturbat orationē. Quo igitur modo corrigatur? An loco illius discendi hoc item gerundium dicendi est reponēdum: & illud plus ita est in prius cōuertendum: ut post illud relatiuū quarum sit collocandum: ac nō aduerbium cum hoc uerbo est: ascribendum? Elegās nanq3 fuerit & oratio & sensus: si hoc modo legatur. Dicendi ratio talis: ut nō multos annos poscat. Quælibet enī ex iis artibus: quarum prius habui mentionem: in paucos libros contrahi solet. Adeo infinito spatio ac traditione opus non est.

Quid est: quod illud Fabii præceptum minus elegās uidetur? Nam qui primum renuncient sibi quanta sit humani generis uis: q̄ potens efficiendi quæ uelit. An quia est deprauatum? Cum enim neq3 causam reddat: neq3 superiora exponat Fabius: illa particula nanq3 in sensus initio posita parū huic loco uidetur conuenire. Quo igitur modo corrigatur? An loco illius nanq3 hæc coniunctio sed: & non qui sed hi sunt reponendi? Concinna siquidem oratio fuerit: si hoc modo legatur. Sed hi primū renūcient sibi: quanta sit humani generis uis. q̄ potens efficiendi quæ uelit.

Quid est: quod illud Fabii dictū uariis legitur modis? Neq3 enī siquis Achillis gloriam imbecillis consequi non potest: Aiacis aut Diomedis laudem aspernabitur. Neq3 qui Homeri nō Tyrrei. An quia est deprauatum? In quibusdam enim exemplaribus duo hæc nomina sunt ascripta Hesiodi & Theocriti hoc modo. Neq3 Hesiodi & Throcriti: qui Homeri nō Tyrrei: Sed ne sic quidem mendæ sublatæ: quin potius multiplicatæ uident. Quo igitur modo corrigatur? An mutatione unius litteræ emendatur hic locus? Nam illa r. liquida in hāc mutā t. conuersa Tyrtei uidetur esse legendum. Fuit enim Tyrteus poeta Heroicus genere Atheniensis omni parte membrorum deformis: de quo in arte poetica Horatius. Post hos īsignis Homerus Tyrtæusq3 mares animos in martia bella Versibus exacuit. Hic ut Porphyrion grāmaticus scribit, primus tubæ moderatinoes dedit ex hac causa. Cū Lacedæmonii bellum aduersus messenios gererēt: diuq3 traheretur dubius Martis euentus: responsum ab Apolline acceperunt: ut si uellent uincere: Atheniensi duce uterētur. Ab illis igitur Athenienses rogati miserunt Tyrteum claudum & Luscum: ut quem deformem contemptum iri crederent. Vsi sunt autem eo duce lacedæmonii: quibus ille cantum mōstrauit tubarū: quarum inaudito territi sono Messenii fugerunt: adeptiq3 sunt uictoriam Lacones. Non ignoro autem apud Horatiū ipsum & Porphirionē corrupte Dyrcæum legi: & a quodam qui nuper in Horatium grandia scripsit cōmentaria: pro Pindaro exponi: quod sane perq̄ ridiculum est: cum eo in loco de heroici carminis auctoribus non lyrici uerba fiant. Sed opinionis suæ rationem uiderit ille: qui acuta illius poetæ sensa non modo non percipit: sed etiam pleraq3

carmina corrupte legit ineptissimeq; exponit: ut illud statim in primo carmine: quod a me multis iam annis emendatum istius cõmentatoris auctoritate denuo fuit deprauatum. Nobilium nanq; & legit & exponit: cũ pluribus alibi ostéderimus: mobilium ex sentétia Porphyrionis & sensus candore elegantiaq; exposci illo in uersu. Hũc si mobilium turba quiritium. Memnonis quoq; fabulam describit: ubi Merionen est legendum. Et puluere Troico nigrum Merionen. Sed de istiusmodi ineptiis uel nimium: cum tot tantæq; sint: ut nullam nisi ignis aquæue admittát emédationem. Scripsit aut é Tyrtæus politiam Lacedæmoniis & υποθηκασ elegiaco uersu & carmina bellica libros quinq;.

Raphael Regius Antonio Caluo Patricio
Veneto Senatori sapientissimo felicitatem.



Auisus sum: & quidem uehementer Calue: quem a Caluo illo Romano Clarissimo oratore originem traxisse facile contenderim: cum alias ex annotationibus meis in oratoriam Quintiliani institutionem: quas paucis ante diebus in disputationem deduxeram: tum tres illas emendationes: quibus eam periodum illustraui: qua totũ opus Victorio Marcello dicatur: perq̃ acri iudicio tuo fuisse comprobatas. Quidam enim librorum Quintiliani infrequentes quidem lectores: sed qui sibi perq̃ eruditi uidentur: mihi uitio uertere cœperũt: quod quæ a clarissimo quoq; professore atq; correctore hactenus fere approbata fuissent: ego nunc immutare auderem. Istis uero quid aliud respondeam q̃ ut ipsos horter: ut sint diligentiores elegantiæ candorisq; Fabii obseruatores? Ita nãq; facile cõperient Quintilianum adeo elegantiæ latini sermonis fuisse studiosum: ut ne minimũ quidem ullo in loco ab illa recessisse deprehendatur: nonnihilq; referre cognoscent: utrum Marcelle an Marce legatur. cũ & prænomina nominibus: non autem cognomina anteponi solita sint: & in uetustis exemplaribus. M. littera: quæ sola prænominis fere est nota: Marcũq; significat: scripta uideatur. & ubicunq; alibi Marcellum alloquitur Fabius: ipsum. M. Victorium appellet. Nato auté pro filio dicemusne Fabium: ut isti putant: contra sua præcepta in prologo statim fuisse usum? Absit a Quintiliano tantum dedecus: ut quæ aliis uitanda præcipit: ipse utatur. Nam inter uitia orationis numerat: siquis uerba sublimia humilibus. uetera nouis. poetica uulgaribus misceat. Id enim tale esse monstrũ ait: quale Horatius in prima parte libri de arte poetica fingit. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iũgere si uelit. & cætera. ex diuersis naturis subiiciat. Natum uero pro filio poeticum esse uerbum uel hic perspicue cõstat: quod in ea significatione: neq; apud alium quenq̃ priscorum ora-

torum:quod sciam:neq; apud Quintilianum usq; inuenitur. Sed quid de illa locutione dicemus: quæ istis & elegans & admodum cõcinna esse uidetur? Nonne sic est affectata ut uix poetæ sit permittenda? Sic enim fere legitur. Cuius prima ætas manifestum iter ad ingenii lumen ostendit. Quis uel mediocriter doctus non uideat primam pueri ætatem nullo pacto posse ad eloquentiã: cuius penitus est ignarus: iter ostendere? Is nanq; iter ad aliquid ostendit: qui qua ratione ad id perueniat monstrat. Quare sic esse legendum. Cuius prima ætas manifestũ iam ingenii lumẽ ostẽdit: ut in primo problematum diximus: cum tu quoq; sentias: nihil dubito quin doctissimus quisq; in nostram sentẽtiam sit cõcessurus: quorũ iudicium quidem tanti facio: ut istorum imperitorũ: qui sua inscitia inuidiaue ac potius utroq; ea quæ non percipiunt: damnare facile dignoscũtur: uoculas prorsus nihilipendam. Vale rarum studiorũ ornamentum.